Annis ex eo septem elapsis [2]), idem Barlaamus, Avenione, quo ab Imperatore ad Papam clandestina [3]) legatione missus fuerat, Thessalonicam reversus magnas turbas in ecclesia Graeca excitavit; ex quibus postea multae in Gregoram molestiae redundarunt. Nimirum ille advena, monachos Graecos nactus qui se divinum lumen oculis corporeis intueri dicebant, Massalianismum iis et Omphalopsychorum [4]) errorem obiecit. Monachorum patrocinium suscepit vir magnae apud eos existimationis, Gregorius Palamas, iampridem ipse quoque ideo notatus, quod divinam substantiam oculis corporeis visam a se iactavisset. Nam hunc Gregoras [5]), et ei cognominem Drimyn, antequam [6]) Barlaamus in Graeciam venisset, id de se praedicantes audierat, et acribus iam tum verbis utrumque reprehenderat: idemque eam rem magno Logothetae et antistitibus aliquot doctis declaraverat. Hi vero eam Massalianorum haeresin esse dixerant, et eiusmodi hominum consuetudinem ut fugeret praeceperant; idque eo magis, quod novam haeresin, ex aliis omnibus conflatam, olim exorituram esse, et generalis Concilii decreto correctum iri, veteris cuiusdam prophetiae admonitu didicerant. Monachis igitur, Palama duce, pro suo errore propugnantibus, et lumen, quod in monte Thabor discipulos Christi circumfulsisset, increatum simul et aspectabile fuisse dictitantibus; Barlaamo autem διθεΐαν, seu duplicis Dei cultum, per eam opinionem invehi affirmante, Andronicus Imperator litis dirimendae causa Concilium habendum censuit. Itaque anno Christi MCCCXLI, mense Iunio, in S. Sophiae aedem Byzantiorum lectissimi ac doctissimi convenerunt [7]). Gregoram ab Imperatore et a patriarcha invitatum domi detinuit capitis dolor vehementissimus; qui morbus [8]), per intervalla et certis temporibus recurrens, tota vita eum afflictavit. Imperator illa die praeclare et magno omnium plausu concionatus absentem desideravit, eoque auditore moleste caruit. Caeterum in ea synodo quid actum sit non constat, propterea quod illius aevi scriptores alii aliter, et pro suo quisque affectu, rem narrant [9]). In eo tamen Cantacuzenus et Gregoras consen-

1) Codd. 1997. 2950. 2951. 2) A. C. MCCCXL. 3) Odoric. Rayn. ad ann. 1339. num. 19. Item num. 23. et 31. 4) Umbilicanimorum. 5) Vide Hist. Byz. lib. XIX. c. 1. sect. 4. 6) Ante annum 1328. 7) Hist. lib. XI. c. 20. 8) Gregoras passim in libris suis mentionem eiusce morbi inculcat. Vide libellum, *κατὰ τῶν τοῦ Γρηγορᾶ ληρημάτων.* 9) Cantacuzenus victum Barlaamum veniam petiisse et Palamae doctrinam approbasse scribit. Ioannes patriarcha, qui synodo praefuit, de duobus tantum capitulis, nempe de Thaborio lumine et de precatione latam sententiam ait apud Leon. Allat. De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons. lib. II. c. 17. Gregoras denique solam quaestionem de precatione agitatam; quod ad caetera attine-

tiunt, quod Barlaamum uterque, iudicio iniurioso offensum, in Italiam dicant remigrasse, et ad Latinorum instituta ac dogmata rursum se convertisse. Triduo vel quatriduo post habitam synodum Imperator morti proximus ad Gregoram misit, qui ex eo sciscitarentur, facilemne curationem astra sponderent, an conatibus medicorum obstarent. Responso nondum accepto, in lethargum relapsus, vitam finivit Iunii die XV, anno Christi MCCCXLI. Tertio luctus die Gregoras vix tum convalescens, patriarchae et eorum qui aderant domus Augustae Principum hortatu, mortuum Imperatorem flebili oratione prosequutus est.

Post haec civili bello Byzantii laborarunt: ecclesia ipsa dogmaticis Palamitarum et Acindynianorum rixis perturbata. Nam Gregorius Acindynus, Barlaamo in Italiam reverso, desertae ab eo causae patrocinium susceperat [1]); et quamquam eodem quo Barlaamus Tomo [2]) synodico, statim fere post Andronici Imperatoris mortem, esset damnatus, Palamam nihilominus variorum errorum accusare pergebat. Hinc magnum inter theologos certamen. Gregoras, cuius pacifica consilia nihil tum apud quemquam valebant, ab aulae tumultu et hominum frequentia in otium et solitudinem ultro concessit, atque ab omni disputatione diu abstinuit.

Interea astrologus quidam, e Gallia profectus, Constantinopolin venit, et felicem belli exitum in aula vaticinatus est [3]). Gregoras ab Augusta accitus, ac de novis illis praedictionibus quid sentiret eloqui iussus, vanas eas esse arguit. Ita refutato hariolo Augustam a se alienavit, homini illi, populari suo et placentia annuncianti, benevolam. Tamen haec, dissimulata ira, nihil tum durius dixit; sed eorum qui aderant gratia vultum hilarem induit, et ultionem in aliud tempus distulit. At Gregoras, domum reversus, omni in posterum contentionis studio abdicato, rursum se suo otio et tranquillae solitudinis umbra involvit.

Per illud tempus, circiter annum MCCCXLV, Ioannes patriarcha, convocata synodo, Palamam ut haereticum damnavit, ac priora illa in Barlaamum et Acindynum decreta sua abrogavit. Acindynus non longum ea victoria lactatus est. Anno quippe MCCCXLVI Palamas cum Augusta in gratiam rediit, eaque instigante patriarcham et Acindynianos continuo scriptis acribus oppugnavit [4]). Tum vero Acindynus Gregoram coepit orare, ut expergisceretur, et iambis [5]) hisce parum modulatis, figurarum au-

ret, cognitionem dilatam fuisse contendit: itaque nec de Massalianismo, nec de aliis criminibus Palamae obiectis, actum fuisse.

1) Vide Hist. Byz. lib. XIV. c. 8. 2) *συνόδου συγκροτηθείσης δευτέρας*, Tom. Palamit. 3) Vide Hist. Byz. lib. XIV. c. 8. 4) Quae extant in codice regio 2411. 5) Eos ex cod. Vaticano descriptos communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon.

tem insolentia aevum et solum redolentibus, cunctantem increpavit.

*Σὺ σίμβλον ἡδὺ καὶ λόγου μέλι βρύεις,*
*Ἄνθη συνάξας νοῦ πτεροῖς εὐομμάτοις,*
*Ἐκ Πιερίας κἀξ Ἑλικῶνος λόφων,*
*Ταῖς τῶν προσώπων ἰκμάσι καθυγράνας,*
*Καὶ θερμάνας βράσμασι τοῖς ἐγκαρδίοις·*
*Ἀλλὰ καλύπτῃ τῆς σιγῆς τῷ πώματι.*
*Σὺ κῆπος ἡδύς· ἀλλὰ καρποὺς οὐ τρέφεις·*
*Ὁ κρύσταλλος γὰρ τῶν παθῶν σε ψυχράνας*
*Καταμαραίνει τοῦ λόγου σου τὴν χλόην.*
*Σὺ γῆ πολύχους· ἀλλὰ χαλάζης βάρος*
*Δεινῶς κατακλᾷ τοῦ λόγου τὸν ἄσταχυν·*
*Καὶ τὴν διόπτραν τῶν ἀδήλων ὀμμάτων*
*Ὁ τῶν δυναστῶν ἀντιφράττει πως γνόφος.*
*Σὺ καὶ φρέαρ πότιμον· ἀλλ' οὐκ ἐκρέεις·*
*Τῶν γὰρ ἀγωγῶν ἐμφραγέντων τῇ ζάλῃ·*
*Τῶν ὑδάτων ἔκρυσιν οὐκ ἔστι βλέπειν.*

*Tu dulce succis alveare melleis*
*Ferves: volucri mente tu per arduum*
*Helicona perque Pierum flores legis;*
*Sudore deinde frontis irriguos doces*
*Vapore cordis igneo calescere:*
*Sed premeris alto conditus silentio.*
*Tu dulce ridens hortus, at non fructifer:*
*Pigro timoris quippe tardatus gelu*
*Florentis in te torpet eloquii vigor.*
*Tu fertile uber: grando sed densa irruit,*
*Et adulta diro contudit sata impetu;*
*Oculisque lumen inditum latentibus*
*Nubes minacis obruit potentiae.*
*Tu pura fontis unda, sed non profluis:*
*Laticis meatum nam quia obstruxit ferox*
*Procella, rivum cernere liquidum haud datur.*

Haec Acindyni expostulatio quantum apud Gregoram valuerit, incertum est: sane eum ut silentium rumperet, ac ut suam de opinionibus novis sententiam publica professione declararet, maioris auctoritatis vis permovit. Anna Augusta, Palamae (ut diximus) reconciliata, Gregoram omnibus theologis altercantibus unum tacentem ad se accivit [1]); eo nempe consilio, ut si cum ipsa sentiret, tum ei quoque, veteres iras oblita, reconciliaretur; sin minus, apertum ipsi bellum indiceret. Ac initio quidem verbis mollioribus compellavit et amice alloquuta est: deinde ei Palamae dogmata proposuit. Illo autem improbante, et quamlibet

1) Gregoras Hist. lib. xv. c. 7.

opinionum novitatem omnino respuente, vehementer irritata, scriptam sententiam confestim ut traderet efflagitavit. Ex eo Gregoras Palamam et Palamitas omnes, qua scriptis, qua dictis insectari usque perstitit, exulaturus fortasse ob eam rem, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset. Acindynus lecta oratione [1]), qua Gregoras orthodoxos ad causam verae Fidei defendendam hortabatur, tanta laetitia [2]) affectus est, ut his rursum iambis eum alloquutus sit:

*Οὕτω με τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις,*
*Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι τοῖς ὑπὲρ λόγου,*
*Ὡς καυστικοῖς ἄνθραξιν ἐξάψασί με,*
*Ὦ τῶν λόγων καύχημα καὶ τῶν δογμάτων,*
*Καὶ τοῦ λόγου σφράγισμα τοῦ παντουργέτου,*
*Καὶ θαῦμα τῆς γῆς τῶν σοφῶν φροντισμάτων,*
*Ὥστε σφαδάζειν πρὸς ξιφῶν ἀκμὰς ὅλας,*
*Ὡς ἂν πρὸς αὖραν καὶ καλὴν εὐωχίαν.*
*Τίς μοι παράσχοι μουσικὴν τὴν Πινδάρου,*
*Ὡς τὴν ὑπερθαύμαστον ὑμνήσω κάραν,*
*Νικητικοῖς στέψω τε τὸν Νικηφόρον*
*Ἐκ καρδίας βλύζουσιν ἐνθέου λόγοις.*
*Ὁρῶ σε etc.*

*Sic me efficacis eloquii potentia,*
*Sic me eruditis pro Fide laboribus*
*Incendis, ac si facibus admotis agas,*
*O litterarum dogmatumque ingens decus,*
*Expressa imago Conditoris, omnia*
*Verbo creantis; orbis o miraculum,*
*Sapientis animi sensa quam docte explicas!*
*Nunc nunc furentes ensibus strictis minas*
*Molles ut auras appeto, ut festas dapes.*
*O quis sonantem Pindari lyram dabit,*
*Insigne meritis laudibus tollam ut caput,*
*Verbisque vates corde fusis entheo,*
*Victrice donem laurea Nicephorum!*

Sub illud ipsum tempus Anna Augusta, Palamiticae factionis antistitibus in palatium congregatis, Ioanni Calecae patriarchatum abro-

1) Lectis fortasse prioribus Antirrheticis: de quibus infra in Indice Operum dogmaticorum. 2) Gregoras tamen nec Barlaami nec Acindyni sectatorem sese unquam professus est. Immo, teste Philotheo patriarcha, Antirrhet. lib. XI.: *ἀπαναίνεται σφόδρα Γρηγορᾶς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀρνεῖται τὴν ἐκείνων μυσταγωγίαν.* et paulo infra ibidem: *λόγοις μὲν ἀποκηρύττων καὶ ἄμφω, καὶ μηδὲ τοὔνομα προσποιούμενος ἐπαΐειν ἐθέλειν· ἔργῳ δὲ τὰ ἐκείνων ἀνακηρύττων, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκίνδυνος ὢν ἐν τοῖς γράμμασιν.*

gavit. Nocte autem proxime subsequuta Byzantium occupatum a Cantacuzeno [1]).

Hic longo ante quam esset ad supremam dignitatem evectus Nicephorum Gregoram in intimis habuerat. Litterarum quippe studiis a puero usque deditus [2]) amabat viros doctos, et cum iis frequens conversabatur. Ubi rerum potitus est [3]), veteris quidem familiaritatis ius integrum illi servavit: sed plus aequo in Palamitas propensus spes praeclaras, quas is de ipso conceperat, omnino frustratus est. Gregoras vero de amici (ita de Imperatore loquitur) salute sollicitus in eam curam totus incubuit, ut eum aberrantem in viam reduceret. Quin etiam cognitis adversariorum machinationibus, qui ut quam primum exilio mulctaretur clanculum et palam apud Cantacuzenum agebant, liberius hunc arguere instituit, ut vel convictum pudore afficeret, vel ipse Byzantio exactus ecclesiae oppressae conspectu saltem careret. At ille tenax propositi, nec hominis irati verbis offensus, pari usque iure Imperator cum privato disputabat; ut illius clementiam, magis quam huius zelum, plerique admirarentur. Tandem Gregoras, quoniam hac minus succedebat, aliam viam ingreditur. Cantacuzeno Didymotichum profecto [4]), Irenen adit illius uxorem, recenti filii morte afflictam. Eam cladem erroris per Cantacuzenum grassantis fructum esse affirmat, et fidem facit. Ita suas partes Augustae patrocinio roborat. Ea re audita Palamitae, ac inprimis Isidorus patriarcha, ad Irenen accedunt, eique, ut ab omni cum Gregora consuetudine abstineat, persuadere contendunt. Repulsi Cantacuzenum Didymoticho evocant. Hic tumultum veritus Byzantium advolat et litigantes arcessit, Isidorum nempe et Gregoram. Multis ultro citroque sermonibus habitis, pervicit Gregoras, ut Isidori Canones, seu Hymnodiae, igne delerentnr, ac ut loquendi libertatem ii reciperent, quibus adempta esset. His conditionibus in concordiam reditum est, et sumptuoso convivio sancita pax. Sed eae quidem breves induciae fuerunt. Nam Palamas, quod illi colloquio praesens haud interfuisset, Didymoticho postmodum accitus, lites renovavit. Disputatum rursus apud Imperatorem acri contentione, nullo autem successu. De toto illo negotio plura scire qui voluerint, ii Gregoram ipsum adeant, Historiae libro xv. Cap. v.

Biennio fere postquam haec gesta sunt, sub exitum anni MCCCXLIX, obiit Constantinopolitanus patriarcha Isidorus. Cantacuzenus Imperator et Irene Augusta Gregorae animum blanditiis, promissis, largitionibus, aliisque artibus iam saepe tentatum, etiam patriarchali dignitate ostentata flectere et sibi mancipare conati sunt. Gregoras ut sententiam mutaret adduci non

1) A. C. MCCCXLVII. mense Februar. 2) Greg. Hist. lib. XIX. c. 1. sect. 4. 3) Lib. XVI. c. 5. 4) A. C. MCCCXLVII. autumno exeunte.

potuit: sed et illos verbis castigatos officii admonuit, et oblatum honorem repudiavit. Itaque creatus patriarcha monachus montis Atho, nomine Callistus, vir illiteratus et Acindynianorum hostis acerrimus. Anno demum MCCCLI. Cantacuzenus, ut Acindynianis turbantibus et Constantinopolitanam ecclesiam criminantibus silentium imponeret, synodum convocare statuit [1]), at non oecumenicam, ut saepe et iam pridem pollicitus fuerat. Gregoras, ea re audita, privatim illum convenit, atque ut ne episcopis paucis, iisque maximam partem indoctis, iudicium permitteret, enixe contendit: tum ne errori suffragaretur, multis rationibus deterrere ipsum conatus est. Sed longa et aspera admonitione [2]) nihil profecit: immo hominem magis a se alienavit. Caeterum ne religioni periclitanti in ipso articulo deesset, statim se ad certamen accinxit, et ei qui pro Fidei veritate pugnaturus foret convenientem armaturam induit, habitum videlicet monasticum. Id vero factum citra ullam caeremoniam, unius sacerdotis religiosi interventu; e cuius manu vestem cum acciperet, professus est, se mutato deinceps vivendi genere vitae aulicae prorsus renunciaturum [3]).

Ubi indictus dies advenit, convenere in aulam omnes factionis Palamiticae episcopi [4]). Eodem quoque Gregoras cum sociis et discipulis affuit. Inter huius socios eminebant tres pontifices; primus Ephesi, alter Gani metropolita; tertius Tyri episcopus, idemque Antiocheni patriarchae vicem gerens; nec non viri duo eruditione praestantes, Dexius et Athanasius [5]). Cum his Gregoras, circiter horam diei secundam, palatium ingressus, atque ab interioris aulae aditu per lictores exclusus, diu mansit in vestibulo, epulantibus interea apud Imperatorem Palamitis. Quibus post prandium in Alexii Triclinium [6]) hora ipsa meridiana introductis, et cum Cantacuzeno quid agendum esset praemeditatis, tandem et Acindyniani impransi iussi sunt intrare. Singula huius pseudosynodi acta recensere longum fuerit; nec vero necesse est, cum ea quivis possit ex ipsius Gregorae libris [7]) et ex Tomo Palamitico abunde cognoscere. Totius disputationis, quae intra quindecim dies sessionibus quatuor absoluta est, exitus hic fuit. Confirmata Palamae doctrina. In Barlaamum et Acindynum mortuos horrendi carminis [8]) anathema pronunciatum [9]). Ephesi et Gani metropolitis adempta per vim insignia dignitatis;

1) Cantacuz. Hist. lib. IV. c. 23. Greg. Hist. lib. XVIII. c. 3. 2) Extat oratio lib. XVIII. c. 4. 3) Ibid. sect. 4. 4) A. C. MCCCLI. Maii die 27. 5) Ioh. Cyparissiotes Palamic. transgression. libro secundo, cap. ult. tres Acindynianos memorat ut illustres, Burden, Polerianitam, et Lybdicen. 6) Quod erat in Blachernensi palatio. 7) XVIII. XIX. XX. XXI. 8) *μεγίσταις καὶ φρικωδεστάταις ἀραῖς ἀποκηρυχθέντας*, inquit Philotheus patriarcha. Cod. reg. 1996. fol. 319. 9) Ut in eos, quorum salus esset desperata.

non item episcopo Tyri, qui ultimae sessioni haud interfuit. Gregorae discipuli alii in custodias dati, alii omnem cum magistro consuetudinem coacti eiurare. Gregoras tamen ipse nullo dicto violatus; sed ei et aliis quibusdam facile permissum est, domum ut abirent. Tomus synodicus [1]) non statim, sed post duos menses promulgatus [2]). Subscripsere Imperatores, Ioannes Cantacuzenus, et eius gener Ioannes Palaeologus; tum Callistus patriarcha, et alii pontifices [3]). Paulo post [4]) Cantacuzenus, sumpto omni ornatu Imperatorio, adyta ingressus, Tomum illum propriis manibus gestans altari imposuit, Palamitis applaudentibus et finium Imperii propagationem ob illud meritum spondentibus. Gregoras, statim ut audivit Palamitas Cantacuzeno, si Tomum suum novo illo et inusitato ritu consecraret, fausta omnia promisisse; *immo*, inquit, *cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio Imperii Romani* [5]). Atque hanc eius praedictionem eventus veram fuisse comprobavit, praeclara autem Palamitarum promissa ad nihilum reciderunt. Ob eam rem, item alias ob causas, silentium impositum Gregorae caeterisque orthodoxis. Horum quidam paruere: alii, quod contumaces essent, in vincula coniecti. Illustriores inclusi suis ipsorum aedibus, ne quenquam alloqui possent. Ita metu coacti obticuerunt.

At Nicephorus Gregoras ne tum quidem linguam calamumve continuit: sed scriptis ad Trapezuntios et ad Cyprios amicos [6]) litteris Byzantinam ecclesiam perversae doctrinae accusavit, et ab ea, velut morbo infecta, ut secederent, eos commonefecit. Quin et Principes ipsos criminari ausus est. Quamobrem ei, domus suae parietibus septo et incluso, custodes monachi appositi sunt. Nimirum ille, etsi habitum religiosum non induit nisi post annum aetatis quinquagesimum sextum, tamen apud Chorae monachos domicilium sibi admodum iuvenis constituerat, ac Theodoro Metochitae, ut iam dictum est, commendatae eius monasterii administrationis socium se et vicarium addiderat. Quin et mortuo successerat in procurationem et conservationem rerum eiusdem coenobii praecipuarum. Habebat itaque in monasterio propriam et ab aliis separatam domum; humilem quidem illam, et nulla sui parte vias publicas attingentem, si patriarchae Philo-

1) Editus a Combefisio Auctarii novissimi parte altera pag. 170. 2) A. C. MCCCLI. mense Augusto, ante festum Assumptionis. 3) Subscripserunt metropolitani propria quidem manu viginti quinque; duo autem διὰ γνωμῶν. Affuerunt praeterea episcopi septem, ut constat ex subscriptionibus pseudosynodi Palamiticae, a Combefisio editae. Tamen Gregoras duos tantum et viginti arcessitos affirmat. 4) In festo Assumptionis. 5) Hist. lib. XXV. cap. ult. 6) Inprimis ad Georgium Lapitham. Vid. Cantacuz. Hist. lib. IV. c. 24.

theo [1]) credimus: sed quam adeunti cuilibet multos per annos patuisse, et magna discipulorum frequentia, tum cum res tranquillae essent, quotidie floruisse certum est.

Illic itaque incluso custodes et exploratores additi ii ipsi monachi, quorum erat iampridem convictor et contubernalis; mandatumque illis, neminem ut ad eum ingredi sinerent, caverentque, ne eius litterae foras ad quenquam perferrentur. Hi munere imposito diligenter atque adeo parum humaniter functi sunt [2]); immemores quippe beneficiorum, quibus innumeris affecti erant ab hoc vetere hospite et altero quasi monasterii conditore. Qua de re ipsum Gregoram praestat audire acerbissime conquerentem Historiae libro XXII. Haec cum ita se haberent, tamen variis modis tentata illius constantia. Preces et minae alternis adhibitae, ac de concordia reconcilianda subinde actum per internuncios. Sed nec missi a Cantacuzeno senatores, nec episcopi, aliive a patriarcha oratores delegati, nec praesens ipse patriarcha, hominem movere potuerunt, ut novis decretis subscriberet, e quibus illi voces suspectas et litigiosas sublatas esse affirmabant.

Magna erat et perquam vetus Gregoram inter et Cabasilam amicitiae studiorumque coniunctio: par amborum fama. Sed Gregoram omne eruditionis genus, Cabasilam non tam doctrina, quam ingenium excellens et naturalis quaedam facundia ornabat [3]). Et hunc igitur, quum caeteris oratoribus male cessisset, ad Gregoram mitti placuit, comesque ei datus unus ex primariis Callisti patriarchae administris. Ab his eaedem rursus quaestiones agitatae. Longi autem colloquii [4]) idem qui priorum disputationum fructus extitit. Ac illi quidem, minati extrema (nempe eius orationes, in Sanctorum festis recitari solitas, ignem esse deleturum; ipsum vero post mortem extra Urbis moenia proiectum iri ac sepultura cariturum), successu desperato recesserunt. Illum autem durior quam antea circumsedit vigilum monachorum custodia.

At morosam excubitorum vigilantiam brevi fefellit veteris fidelisque amici solertia, si modo vera sunt ea, quae Gregoras de Agathangelo, Callistrati filio, memorat. Nempe exeunte anno

1) Ὑπὸ δὲ τῆς ἐκεῖθεν προσγενομένης ἀθυμίας (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ἀλγῶν τὴν ψυχὴν, καὶ συγχυθεὶς τοὺς λογισμοὺς καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ δυσχεραίνων ὡσανεὶ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν συνήθη καθέδραν καὶ τὸν οἰκίσκον, ἐξ ἀπόπτου διά τινος παρακύψας θυρίδος (καίτοι γε ψεῦδος καὶ αὐτὸ τοῦτο, τῆς οἰκίας αὐτῷ χαμαιζήλου καὶ ταπεινῆς οὔσης, καὶ μηδαμῶς πεφυκυίας πρὸς ταῦτα· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀμφόδοις τοῖς ἔξω μηδόλως προσεγγιζούσης, καθὰ δὴ καὶ ὁρᾶται) τὰς ἀγυιὰς καὶ τὰς τριόδους ἐσκόπει, παραψυχήν τινα πορίζειν τοῖς λογισμοῖς ἐκεῖθεν βουλόμενος. Philotheus Antirr. I. Cod. reg. 1996. fol. 7. 2) Greg. Hist. lib. XXII. c. 2. 3) Greg. Hist. lib. XXI. c. 5. 4) Gregorae disputatio cum Cabasila extat Hist. lib. XXII. XXIII. et XXIV.

MCCCLI. Decemb. die VIII. in pervigilio Conceptionis B. Virginis Dei matris, cum in Chorae monasterii aedem magna et promiscua hominum turba convenisset, eodem cum caeteris irrepsit Agathangelus, Gregorae quondam discipulus; ac circiter secundam noctis vigiliam in magistri cubiculum per fenestram admissus est. Aegre ab illo agnitus, propterea quod annis decem totis patria abfuerat, post amicas ultro citroque allocutiones primum res inter peregrinandum visas vel auditas, deinde et ea, quae post suum in Urbem reditum ad Gregoram pertinentia didicerat, summatim exposuit. Tum ea ipsa nocte nondum elapsa dimissus domum abiit. Idem sexto post mense sub exitum veris reversus [1]) res domi ac militiae superiore anno gestas narravit. Ita per tres annos intervisendo effecit, ne inclusum quicquam lateret earum rerum, quas scire eius interesset. Ex his Agathangeli narrationibus Gregoras libros quinque historicos texuit, continua orationis serie in dialogum mutata; eo scilicet consilio, ut posset alterius verbis tum adversarios arguere liberius, tum se ipsum minore invidia laudare, ubi res postularet: id quod alioqui turpe et indecorum, fortasse isti condonandum est, optimam causam defendenti, et cum haereticis decertanti. Mihi quidem verisimile fit, totum illud Agathangeli subinde euntis redeuntisque episodium confictum esse ab historico ea licentia, qua philosophi et oratores plerique in dialogis uti solent: quamquam hoc satis constat, floruisse illo aevo quendam nomine Agathangelum, qui et adversus Gregoram librum pro Aristotele apologeticum [2]) scripserit.

Ab illo tempore, quo Tomus Palamiticus promulgatus est, ad illum diem, quo Ioannes Palaeologus, Byzantium repente ingressus, summam potestatem recepit, Gregoras domo tanquam carcere inclusus multa incommoda pertulit. Ipse ad eam inopiam redactum se queritur, ut cum hiemis frigus acutissimum esset, gelidae aquae pocula aliter tepefacere haud potuerit, nisi solis radiis per fenestram in cubiculum intromissis [3]). Idem memorat, aquam se ex puteo coactum haurire ad saxum noctu offendisse, atque hinc multis diebus pede aegrotante necesse sibi fuisse aquam pigram et putridam potare, donec Agathangeli ministerio aliam paravisset [4]). Basilio Magno et aliis compluribus viris sanctis, qui persecutionis metu in speluncas et in solitudines fugissent, permissum olim fuit, ubi sacerdos abesset, sacrosanctum Christi corpus propriis manibus sumere et ori suo admovere. Illorum exemplo Gregoras, cum aliter non liceret, propterea quod nullus ad eum domo inclusum sacerdos orthodoxus accedere audebat, Eucharistiae sacramentum sibi ipsi privatim

1) Iunio mense. 2) Indicatum in Catalogo Bibliothecae Scorialensis. 3) Hist. lib. XXVIII. 4) Hist. lib. XXVII.

ministravit. Nimirum habebat penes se hostiarum consecratarum copiam longo ante provisam, quas postquam omnes consumpsisset, amicum Agathangelum rogasse se ait, ut alias sibi cum Antidoris, seu panis benedicti frustis, afferret. Itaque ei ab adversariis omni fere tam animae quam corporis solatio interdictum fuit. Ab iisdem ademptos sibi per vim sacrae Scripturae libros [1]) narrat; item anno quoque redeunte tentatum se a Principibus per emissarios (quos αὐθημερινοὺς θεολόγους, seu *unius diei theologos*, vocat), ut aut captiosis argumentationibus deceptus perverteretur; aut, si eum nulla ratione flecti posse appareret, statueretur denique, utrum expediret, carcerisne aerumnis et longa veluti morte eum confici, an manu violenta subito opprimi [2]).

Inter hos metus libros Historiae Byzantinae decem composuit tanta celeritate, ut vix dies quadraginta ei scriptioni impenderit [3]). Ii sunt liber decimus octavus et novem deinceps continui; quibus tum alia multa continentur, tum Acta synodi Palamiticae, et habita cum Cabasila disputatio; nec non triplex cum Agathangelo colloquium. Porro in his praecipua observatione dignum videtur testamentum ipsum auctoris [4]): cuius quidem testamenti tria sunt capita. Primo iubet Gregoras illorum decem librorum exemplaria quam plurima summa cautione describi, et amicis ubique terrarum degentibus distribui. Altero Fidem exponit, de Barlaamo et Acindyno ecclesiae decreta approbat, et in Sacramento Eucharistiae verum Christi corpus et sanguinem agnoscit. Tertio cadaver suum, quod Palamitae insepultum proiecturi sint, sepeliri vetat. Haec vero omnia docet scripsisse se raptim ac furtim in charta vilissima, nec aut corrigere aut expolire potuisse, anxium videlicet, ac ne ab inimicis deprehenderetur perpetuo sollicitum. Non mirum itaque, si illi decem libri et minus castigati sunt, et magnam doloris acerbitatem produnt; quae et in reliquis, ad illos postea adiectis, non minor quidem existit, abest autem a septemdecim prioribus; quos ex eo apparet, et aliunde etiam constat, ante synodum Palamiticam integra adhuc auctoris libertate conditos fuisse. Praeterea libros decem in Tomum Palamiticum Antirrheticos, eodem illo domestico carcere inclusus, scripsit: manum autem huic operi tum primum admovit, cum Agathangelus, quarta vice in eius cubiculum furtim ingressus, professionem fidei editam a Palama, et selecta ex synodico Tomo capita, ita ut mandatum ei a magistro fuerat, secum attulisset [5]). Eorum librorum fragmenta extant apud Philotheum patriarcham;

1) Gregoras libros habuit bene multos, ut supra observatum. Quosdam in Bibliotheca Regia agnovi, ac in iis codicem 2259, qui et chirographum eius praefert. Est autem is codex, *Flavii Iosephi Historia Iudaica de excidio Hierosolymitano*. 2) Hist. lib. XXVIII. Hist. lib. XXVII. 3) A. C. MCCCLII. Iulio et Augusto mensibus. 4) Hist. Byz. lib. XXVII. 5) Hist. Byz. lib. XXVII. in fine.

qui Tomi Palamitici defensione suscepta, Antirrheticos Antirrheticis opposuit, ac mortuum Gregoram refutare Cantacuzeno hortante conatus est.

Anno Christi MCCCLIV. vere ineunte Matthaeus, Cantacuzeni filius, in templo Blachernensi, Philothei patriarchae opera ac ministerio, coronatus et solenni ritu socius Imperii cooptatus est a patre [1]): atque huius missu paucis post diebus ad Gregoram accessit, animum eius denuo tentaturus, et praemiorum spe oblata suasurus, ut in aulam, quemadmodum antea, frequens veniret. Cumque is nec adhortationibus nec promissis ullis flecteretur, saltem hoc persuadere conatus est, publicarum calamitatum causam non Cantacuzeno Imperatori, sed Providentiae divinae decretis et fatali necessitati attribuendam. Gregoras contra validioribus argumentis probavit, quaecunque homines facerent, ea ipsos non divina praescientia aut fato cogente, sed privatae voluntatis libero instinctu ductos facere; ac proinde frustra Cantacuzenum ea ratione excusari, quod quicquid peccavisset, id non sponte sed fato subigente peccasset. At Matthaeus, ubi illum vidit immotum et inexorabilem in sententia perstare, ac sibi plura dicturo audientiam denegare, tristis abiit: factumque inde, ut severius quam antea Gregoras custoditus, gravissimo terrae motu [2]) concussis aliquanto post domus suae parietibus, non ausus sit foras exire [3]).

Eodem anno exeunte [4]) Ioannes Palaeologus Byzantio potitus est: Gregoras, recepta libertate et custodum metu excusso, cum in aulam se contulisset, de novorum dogmatum impietate apud Principem non adeo aequum [5]) Palamitis liberius disseruit: hortatus est, ut religionem afflictam erigeret; paratumque se ostendit ad ea refellenda, quae Cantacuzenus et Palamas, decretis suis per vim confirmatis, iniqua et absurda definivissent. At Ioasaphus (id Cantacuzeno, monasticam disciplinam professo, nomen erat) ubi haec agitari rescivit, Palamam, qui tum a Turcis captivus tenebatur, grandi pecunia statim redimi curavit, ut is causam suam per se ipse praesens ageret: tum filiae Helenae, Ioanni Palaeologo Imperatori nuptae, auctoritatem interposuit, ne iudicium constitueretur, quod sibi futurum esset ignominiosum. Ita Gregorae studium omne in praesens irritum fuit.

Anno proxime insequuto episcopus Latinus, Palaeologi amicus, Byzantium legatus advenit. Eius nomen silet Gregoras, doctrinam autem commendat, ut hominis in sacrarum Scripturarum commentatione versati, et exercitationibus theologicis in scho-

1) Hist. Byz. lib. XXVIII. 2) Eum terrae motum Villanus confert in annum 1354. Kalend. Martii. 3) Eiusdem libri cap. ult. 4) A. C. MCCCLIV. autumno exeunte. 5) Cur Palamitis infensus fuerit, docet Gregoras Hist. lib. XXVII.

lis Latinorum eruditi. Erat is procul dubio Paulus [1]) archiepiscopus Smyrnensis, quem exeunte anno MCCCLV. obsequium et debitam Romanae sedi reverentiam a Ioanne Palaeologo Imperatore pactum fuisse, discimus ex Annalibus ecclesiasticis. Hic cum de ecclesiae Graecae opinionibus novis multa audivisset, ab Imperatore postulavit, ut sibi cum Palama, earum opinionum auctore, congredi coram liceret: mox autem, facta colloquendi copia, ubi eum re ipsa multis magnisque erroribus imbutum esse comperit, ipsum quoque Gregoram cum eo disputantem velle se audire significavit [2]). Itaque Gregoras, per magnum Logothetam ab Imperatore accitus, in aulam venit, ignarus quam ob causam vocaretur. Nam illum Helena Augusta, parentis sui Cantacuzeni amicis favens, praemoneri vetuerat, ne praemeditatus ad disputandum accederet. Vix palatium ingresso nunciatur, Palamam illic adesse. Eo nuncio primum perculsus haesit; et parum abfuit, quin pedem statim referret. Deinde animo obfirmato, et e re nata consilium capiens, ulterius perrexit. Aderat tum apud Palaeologum generum suum Irene Augusta: aderant aulae primores. Gregoras, salutato Imperatore, consedit; atque ut ne in praeludiis recensendis diutius immoremur, proposita ab adversario quaestione de substantia et operationibus divinis, haec in Deo nihil differre multis rationibus probavit. Imperator, utraque parte audita, sive incertior esset quam antehac, sive Cantacuzenum socerum suum damnato Palama nollet contristare, sententiam ferre noluit. At Palamas, benigni Principis silentium prout libuit interpretatus, postridie per totam urbem discurrit, et suae (ut aiebat) victoriae famam ubique disseminavit. Ea re Imperatorem valde offendit; aulicos vero, qui hesterno colloquio praesentes interfuerant, sic irritavit, ut ex urbe in aulam reversus male et sinistre ab iis exceptus sit. In ea disputatione quid actum, quidve a se aut ab adversario dictum fuerit, Gregoras duobus de ea re scriptis dialogis fuse tradidit [3]). De Latino episcopo, cuius gratia disputatum erat, dicere oblitus est quodnam de tota illa concertatione iudicium eius extiterit.

Caeterum Cantacuzenus ex Imperatore monachus, cum novos dialogos publice lectitari et omnium manibus teri videret, sua interesse credidit, ut quam primum refellerentur [4]). Statim itaque, eo urgente, varii libelli a Palamitis compositi prodierunt. Extat nunc quoque in cod. ms. Biblioth. Regiae [5]), inter opera Nic. Cabasilae, Satyricum opusculum hoc titulo: *κατὰ τῶν Γρηγορᾶ ληρημάτων*, *in Gregorae deliramenta.* Extat in alio cod. [6])

1) Hic Paulus postea Constantinopolitanus patriarcha *titularis* fuit. Eius cum Ioanne Cantacuzeno disputatio manuscripta extat in codice regio 1999. 2) Hist. Byz. lib. XXIX. cap. ult. 3) Hist. Byz. lib. XXX. et XXXI. 4) Hist. Byz. lib. XXXII. 5) Num. 2965. fol. 282. 6) Num. 2409. fol. 41.

*ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατὸν διήγησις τῆς ἐπὶ τοῦ παλατίου ἐνώπιον τοῦ βασιλέως γενομένης διαλέξεως τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης καὶ Γρηγορᾶ τοῦ φιλοσόφου.* id est, *narratio quam maxime compendiaria disputationis inter sanctum Patrem nostrum Gregorium archiepiscopum Thessalonicensem et Gregoram Philosophum in palatio coram Imperatore habitae:* eaque narratio dogmaticis Palamae operibus praefixa est. Is autem qui eam texuit Gregoram argumentis futilibus et sermone inconcinno; Palamam vero non rationum vi solum, sed et verbis elegantibus sese defendentem inducit. Denique Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana libellus [1]) extat inscriptus, *περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας, de Gregorae scriptis mendacibus, et de eiusdem impietate:* quem qui composuit, is in ipso exordio significat, oppugnari a se *τὴν τῆς διαλέξεως διήγησιν*, id est, *narrationem disputationis.* Hi sunt nimirum illi, quos Cantacuzenus Gregorae opposuit, frivoli certe et parvi ponderis libelli; ut non immerito eos Gregoras *λογάρια* vocet [2]), et *ἀμβλωθρίδια, ὁμοῦ τῷ πληγέντι ἀέρι πρὸς τὸ ἀφανὲς ἀπιόντα*, *fabellas* scilicet *et vilia quaedam embrya*, *percusso aëre statim evanescentia.*

Nihilominus idem qui eos libellos vulgaverat Ioasaphus Cantacuzenus, elapso inde anno integro et dimidio, ubi spes suas ipso eventu delusas vidit, Gregoram rursum experiri statuit, et per amicos domum invitavit [3]). Gregoras amicitiae redintegrandae spe allectus, et quia illum putabat, mutata forte sententia, velle errata confiteri et corrigere, non gravate paruit, et summo mane ad eum venit. Ac sermo quidem, ut inter amicos eosque veteres, blandus primum et hilaris fuit. Deinde, Palamae mentione iniecta, cum et Cantacuzenus et assentatores monachi illum laudare et admirari coepissent, ita Gregoras excanduit, ut ex familiari colloquio ad iurgia protinus et ad convicia ventum fuerit. Tantum igitur abfuit, ut eo colloquio lites componerentur, ut novis offensionibus irritata odia recruduerint. De hac postrema disputatione Gregoras dialogos quatuor scripsit; eos videlicet, qui Historiae libros totidem constituunt; trigesimum secundum dico, et tres deinceps continuos. Sunt autem ii mere dogmatici, primo excepto, cuius exordium historicum est.

Sub illud credo tempus Ioasaphus Cantacuzenus, pervolutis Historiae Byzantinae libris, quorum Gregoras auctor esse ferebatur, cum alia multa in iis notavit [4]); tum illud de se inprimis, quod ibi diceretur, *superstite Andronico Imperatore monachos montis Atho fatidicos adiisse, et an rerum potiturus esset, ab iis sciscitatus fuisse.* Idem etiam gravissima crimina, religiosis

1) Num. O. I. 2) Hist. Byz. lib. xxxii. circiter initium. 3) A. C. mccclvii. 4) Cantacuz. Hist. lib. iv. cap. 24. et 25.

eum montem incolentibus ab historico obiecta, in iisdem libris observavit. Quae ut falsa esse argueret, arbitros convocare et eorum iudicio censuram libri permittere constituit. Acciti igitur viri illustres, et civium Byzantinorum lectissimi: qui ubi criminosas illas narrationes per lectorem recitatas audiverunt, una omnes voce *Gregoram valde mendacem et impudentem et levem esse pronunciarunt.* Ita Gregoras absens et inauditus damnatus est. At hic, ubi rem rescivit, aegre admodum tulit, et Cantacuzeno convento hunc triumphum ut iniquum exprobravit: neque enim quaecunque nomen suum praeferrent, ea omnia scripsisse se: *quae contra Tomum scripta circumferrentur, sua esse; quae contra Cantacuzenum, nescire se cuius forent: velle autem, ubi nactus esset, ea supprimere; quae si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum.* Haec ille; ad quae Cantacuzenus ironice respondit, ut ridere potius quam refellere videretur. Atqui Gregoras, cum negaret sua esse quae Cantacuzenus publice arguisset, haud mentiebatur; nisi forte diversos ab iis qui supersunt Historiae Byzantinae libros condiderat. Nam in his quos habemus (sunt autem duodequadraginta continui) de illis montanis oraculis a Cantacuzeno consultis nihil omnino scriptum occurrit; de montis Atho monachis multa quidem; sed non illa ipsa, quae Cantacuzenus apud se lecta esse memorat; immo ea, quae et montem et monachos mire commendant [1]).

Hinc adeo apparet, libros Gregorae ab hominibus improbis iam tum fuisse corruptos ac depravatos; proinde vera esse, quae hic ultimo Historiae libro de adversariorum nequitia et malis artibus queritur, quod ii multa clanculum ex suis operibus ferro resecta sustulissent, et littera una vel etiam pluribus seu additis, seu invicem permutatis, verum ac rectum sensum omnino invertissent, ut φεῦ pro εὖ, κακὸν pro καλὸν, κατὰ pro περὶ, legeretur. Quamobrem etiam lectores admonet, hortaturque, ut librorum suorum exemplaria conferant; quae plurima ait extare: quippe se, eiusmodi fraudes praemetuentem, operam dedisse, ut multa apographa discipulorum manu quam accuratissime suo vel amicorum sumptu describerentur.

Fortasse igitur, ut plerisque auctoribus, ita etiam Nicephoro Gregorae quaedam falso adscribuntur, spuria videlicet et supposititia: cuiusmodi esse existimo somnium illud propheticum, a Philotheo patriarcha productum [2]) et explosum: quod quoniam nondum typis editum est, iuvat hoc loco integrum apponere. Gregoras domo inclusus [3]) Agathangelum furtim ingressum et mox abiturum, in epilogo Operis Antirrhetici, quod Philotheus refutandum suscepit, his alloquitur. *Ἐπεὶ δὲ πόῤῥω νυκτῶν τὰ τῆς*

1) Vide Hist. lib. XIV. cap. 7. 2) Antirrhet. XII. Cod. reg. 1996. fol. 297. 3) A. C. MCCCLIII.

ὁμιλίας ἡμῖν, ὡς ὁρᾷς, ἐκτέταται, καὶ δέον ἀπιέναι σε, καθευδόντων οἷς τὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιτέτραπται φυλακῆς, φέρε καὶ περὶ τῶν συμβησομένων βραχέα τὸν ἐνόντα διέλθωμεν τρόπον. οὐ γὰρ ἄξιον οὔτε σέ γε ἀγνοεῖν, οὔθ᾽ οἷς μέλλεις φίλοις ἡμῶν ὁμιλεῖν καὶ συνεπάθλοις, ἵνα μὴ πρὸς τὸ τῆς ἐλπίδος ἀποβλέποντες ἄδηλον ἄχθωνται. τετύχηκε γάρ μοι ῥιφέντι πρὸς δεσμωτήριον ἤδη τουτὶ περικεχύσθαι μακρὰν ἀθυμίαν, πάνυ κεντοῦσαν καὶ ὀδυνῶσάν μου τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, οὐχ ὅτι πάσχων αὐτὸς διετέλουν εἱργόμενος, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας ὁρῶν ὑψουμένους χειμῶνας κατὰ τῶν θείων δογμάτων καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ ἐλαυνόμενον· καὶ τὸ μὲν δεσμούμενον, τὸ δ᾽ ἐξόριστον γενόμενον· καὶ τὸ μὲν κάμπτον γόνυ τῷ Βαὰλ διὰ τὸ τοῦ λιμοῦ βίαιον καὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀφαίρεσιν·[1]) καὶ τὸ σῶζον ἦν οὐδαμοῦ. τηνικαῦτα μεστὸς γενόμενος λογισμῶν ἔνδακρύς τε γεγένημαι, καὶ πολλὰ τῷ θεῷ προσευξάμενος καὶ καθίσας κἀπὶ τῆς δεξιᾶς ἐρείσας τὴν κεφαλὴν ὕπνῳ λεπτῷ συνεσχέθην· καί μοι ἔδοξεν ὄναρ τῶν φίλων τις ἐπιστὰς „χαῖρε" (φάσκειν) „καὶ μὴ ἀθύμει, θεὸν ὑπὲρ οὗ τοῖς ἄθλοις ἐγκαρτερεῖς τουτοισὶ κράτιστον ἔχων ἐπίκουρον. ὄψει γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τουτουσὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας διώκτας, οὐχ οἷα μόνον ὑμῖν ἐπήνεγκαν πάσχοντας τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ μακρῷ σχετλιώτερα. ἐκπολεμωθήσονται γὰρ κατ᾽ ἀλλήλων, βασιλεὺς κατὰ πατριάρχου καὶ κατ᾽ ἐπισκόπων· καὶ αὖ κατ᾽ ἀλλήλων ἐπίσκοποι· καὶ τοῖς ἀλλήλων ἀναθεματισμοῖς, καὶ τοῖς οἰκείοις, περιπεσοῦνται· καὶ ἐξωσθήσεται μὲν τῶν θρόνων ὁ πατριάρχης· ἀντεισαχθήσεται δ᾽ ἕτερος· καὶ μετ᾽ ὀλίγον τὰ ὅμοια πείσεται καὶ αὐτός· καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλείαν ἅμα ζημιώσεται σὺν ἀτιμίᾳ ποικίλῃ· καὶ πρό γε τούτων ὁ Παλαμᾶς τοῖς βαρβάροις ἁλώσεται, καὶ μὴ ὅτι τὰ ἔχθιστα, ὅτι μὴ καὶ τὰ αἴσχιστα πείσεται. οἱ δὲ πλείους τῶν ἐπισκόπων, σεισμῷ κλονηθείσης τῆς Ῥωμαίων γῆς βιαίῳ, αὐταῖς ἐπισκοπαῖς καὶ οἰκίαις συγχωσθήσονται, καὶ αὐτάνδροις φάναι ταῖς πόλεσι. καὶ τοῦτ᾽ ἂν εἴη καθαίρεσις ἐκ θεοῦ σφισι δικαία, ἀνθ᾽ ὧν αὐτοὶ καθεῖλον ἀδίκως ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνισαμένων ὀρθῶς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ σοφῶν, καὶ ὅσοι ὁμότροποι τὴν εὐσέβειαν." *At quoniam in multam noctem, ut vides, colloquium nostrum produximus, oportetque te custodibus nostris dormientibus domum abire; age, etiam de futuris pauca utcunque disseramus. Ea quippe nec te, nec eos, quos aditurus es, amicos nostros et laborum socios, ignorare aequum est, ne in incertum exitum intuentes ancipiti spe torqueamini. Cum ego iam in hunc carcerem coniectus forem, incidi in magnam tristitiam, ac dolore circumfusus sum animum meum vehementer pungente et excruciante; non quia ipse iniuriam paterer, in custodiam inclusus; sed quia adversus sacra Dei dogmata procellas alte assurgere ac multos quotidie vexari vide-*

1) Deest τὸ δὲ etc.

*rem, et alios quidem vinculis coerceri, alios exulare; alios denique fame violenta et bonorum ademptione adigi ad genu flectendum coram idolo Baal; salus autem nulla appareret. His tum cogitationibus plenus illacrymavi, et multis precibus Deum oravi. Deinde cum resedissem, et capiti dextram supposuissem, levi somno correptus sum; ac mihi in somnis amicus quidam visus astare, et ave dicere, atque ut ne animum desponderem hortari. „Deum quippe," inquit, „cuius causa hos labores fortiter toleras, potentissimum habes adiutorem. Itaque hos verae Fidei persecutores, non ea solum quae vobis intulerunt, sed longe graviora mala perferentes videbis non longo post. Nam et Imperator patriarchae et episcopis, et episcopi sibi invicem evadent inimici; utrique utrorumque anathematismis, et suis propriis, obnoxii tenebuntur. Sua sede exturbabitur patriarcha: in eius locum intrusus alius succedet: atque hic ipse mox similem fortunam experietur. Imperator vero et summa potestate excidet; et afficietur variis ignominiis. Ante autem quam haec fiant Palamas, captus a barbaris, non modo acerbissima, sed et turpissima passurus est. Plerique item episcoporum, Romanis provinciis violento terrae motu concussis, cum ipsis episcopatibus et domibus et civium plenis urbibus, obruti sepelientur: eaque illis iusta sacerdotii abrogatio divinitus rependetur, eo quod ipsi episcopis et presbyteris, aliisque doctis et pari pietate insignibus viris, qui pro vera religione bonum certamen certaverant, suas dignitates abrogaverint."* Haec si, ut apud Philotheum extant, ita a Gregora antequam res evenissent pronunciata sunt (id quod creditu difficile immo prorsus incredibile est), eum oportet divinitus afflatum futura praescivisse [1]). Sin eventibus posteriora, perfecto iam operi ab ipso auctore assuta fuerunt, eum rursus necesse est, cum haec scriberet, simpliciorum hominum credulitati voluisse illudere. Porro hoc videtur ab ingenio et moribus eius viri alienum. Itaque istius fraudis crimen in Palamitas reiici fortasse aequius sit. Minime certe probabile est id Gregoram fecisse, quod ab aliis factum reprehenderit. Reprehendit autem in Historia [2]) Isidorum patriarcham propriis somniis intentum atque ex iis futura augurantem: caeterorum Palamitarum visiones nocturnas Diabolo et crapulae ascribit [3]): passim denique astrologos, hariolos, et eos qui divinandi artem quamlibet profiteantur, exagitat ac deridet [4]).

Quo tempore et ubi et qua tandem morte Gregoras supremum diem clauserit, nondum mihi compertum est. Historia quidem eius Byzantina ad annum Christi MCCCLIX. ineuntem pro-

1) Praedixerat Cantacuzeno unum ex eius liberis moriturum; coniectura scilicet, non divinatione. Vide Hist. lib. XVIII. c. 4. sect. 2.
2) Hist. lib. XVIII. c. 1. 3) Lib. XXI. c. ult. Lib. XXV. c. ult.
4) Lib. IX. c. 11. Lib. XIV. c. 8. etc.

greditur; atque hinc auctorem eo ipso anno decessisse credi possit: sed ea tantum coniectura est, non argumentum omnino certum. Neque vero deest suspicio, idcirco Gregoram ad annum Christi MCCCLIX. narrationem perduxisse, quo haeretici Palamae phrenesim et exitum ex hac vita foedissimum in fine operis describeret; ut quem virum capitali ira vivum persequutus fuerat, in eius morte velut stadio decurso victor conquiesceret.

Ea fuit Palamitarum, inprimis Callisti patriarchae, inhumanitas, ut qui ab eorum communione separati vixissent, eos post mortem insepultos proiici iuberent, canibus et lupis praedae futuros [1]). Quod si qui, communis naturae verecundia et miseratione permoti, illorum corpora humassent, novum crimen simili poena luebatur. Eam ignominiam Palamitae [2]) iampridem Nicephoro Gregorae denunciaverant [3]). Huic autem optatissimum id erat, ad martyrii palmam aspiranti. Itaque et hoc praeter alia Agathangelo praeceperat [4]), ut cum sese mortuum ferisque expositum conspecturus esset, omni prorsus cadaveris humandi cura et inani labore supersederet. Porro et Palamitarum minae et Gregorae vota hactenus rata fuerunt. *Spectandum illud corpus magni Fidei verae praeconis* (inquit Cyparissiotes [5]) *diu ludibrio habitum et circumlatum; eius nempe viri, quo nec inter philosophos quisquam excellentior, nec inter ascetas disciplinae observantior; nec in obeundis pro religione certaminibus, nec in iis quibus tentatores eum vexarunt persecutionibus, contumeliis, carcerisque angustiis tolerandis constantior fuit; admirandi inquam illius NICEPHORI GREGORAE, de quo per utramque appellationem nihil Deus aliud significavit, nisi eum animo vigili et experrecto victorias ab hostibus veritatis reportaturum.* Hoc elogio mortuum Gregoram ornabat Ioannes Cyparissiotes; ex cuius grandi volumine *Παλαμικῶν παραβάσεων* libros duos selectos Latine vertit, et in lucem primus edidit, R. P. Franciscus Combefisius.

Gregorae vitia (neque enim eius scriptoris tam inepte sum fautor, ut nulla habuisse eum contendam) maxime conspicua haec fuerunt. Asper, austerus, pertinax, Principes aeque ac privatos linguae petulantia offendit: philosophus, animo haud imperavit: historicus, partium affectum non exuit: gloriae denique cupiditate et amore sui ipsius nimio laboravit. Plura in stilo reprehendenda; inprimis *κακοζηλία*, seu ambitiosa elegantiae affectatio; poetica verborum luxuries; figurae insolentes; hyperbata; crebrae non modo verborum sed et sententiarum repetitiones. Quod si conferendum exemplum est, in libris eius-

1) Lib. XVIII. c. 1. 2) Lib. XXIV. 3) Ac ipsi etiam Ignatio, patriarchae Antiocheno. Vide Io. Cyparissiotam Palamicarum transgressionum Serm. IV. c. ult. 4) Histor. lib. XXVII. 5) Palam. transgress. Serm. IV. cap. 1.

dem argumenti historicis Cantacuzenus longe praestat. In Chronologia tamen Gregoras diligentior: immo apud Cantacuzenum fere nulla. Cantacuzenus quaedam videtur consulto omisisse, quae Gregoras haud praetermisit. Eiusmodi sunt ea quae hic narrat de Synadeni erga Andronicum seniorem inhumanitate, de Ioannis Palaeologi natalibus, de legatis a Papa Constantinopolin missis, et alia innumera. Haec inquam omnia Gregoras, qui nec illatas a barbaris clades dissimulat. Catacuzenus vero nec de Nicomedia quidem aut de Nicaea ipsa amissa mentionem fecit. Hic solas quodammodo res Byzantinas, noster etiam externas Historia sua complexus est. Uterque igitur legendus et alter ex altero supplendus.

---

## O P E R A.

Scripsit Gregoras permulta variae eruditionis opuscula, quorum pauca typis mandata; pleraque autem extant manuscripta in codicibus Vaticanis, Caesareis, Scorialensibus, Baroccianis, et aliis multis, ut Regios sileam: quaedam item videntur temporis longi iniuria intercidisse. Eorum fere omnium notitiam dabit index uberrimus, ex R. P. D. Bernardi [1]) schedis, Roma ad nos transmissis, et ex variis codicum manuscriptorum catalogis concinnatus. Hunc tu quaeso indicem, Abbas nobilissime, quantumvis longum, totum oculis percurre. In tanta librorum copia, quot hic videbis enumeratos, erit credo aliquid quod ipso argumento placeat; quod amissum doleas; quod ex Bibliothecarum pulvere erui cupias. Erunt etiam aliqua fortasse, quorum iacturam facile feras. Mihi quidem librorum catalogos perlegisse hoc saepe iucundum fuit, quod ex iis intellexerim deesse mihi multa, vel inutilia, vel etiam mala.

*De mensura Arcae Noë, ex Origene.* Cod. Barocc. 48. 19.

*Ex Prophetis maioribus et minoribus dicta excerpta, cum prologo et commentariis.* Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174. Vide et indicem prologorum inter opuscula rhetorica.

*Ἀρίστη ἐπιλογὴ θείων τινῶν ῥήσεων τοῦ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰὼβ, συμβαλλομένη παντὶ Χριστιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Optimus delectus sacrarum quarundam sententiarum beati et fortis Iobi, cuivis Christiano utilissimus.* Initium, *καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἰδοὺ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ κυρίου.* Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174.

*Antirrhetici et Steliteutici priores.* Scripserat Gregoras libros in Palamam Antirrheticos, antequam [2]) Cantacuzenus im-

1) De Montfaucon. 2) Hoc est, ante annum MCCCXLVII.

perio potitus esset, ut ipse testatur, Historiae libro xxv [1]. Eos decem fuisse indicat hoc programma, codici Vaticano praefixum: *πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς λόγων τοῦ Γρηγορᾶ, καὶ συντεθέντων ἐνταῦθα τοῖς ΠΡΟΤΕΡΟΙΣ αὐτοῦ ΔΕΚΑ* [2] *ἈΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΙΣ*. Id est: *Index librorum Gregorae ex generali Historia Romana selectorum, et cum DECEM eius PRIORIBUS ANTIRRHETICIS hic coniunctorum*. At in Colvilliano Scorialensis Bibliothecae catalogo [3] (qui in Mediolanensi seu Ambrosiana extat manuscriptus) indicantur tantum tres Steliteutici in Palamam, cum selectis Historiae Romanae decem libris coniuncti, idque in duobus codicibus; quorum numeri sunt V. *H*. 19. et I. *Δ*. 4.

*Antirrhetici posteriores* [4]. Scripsit Gregoras libros decem Antirrheticos in Tomum Palamiticum, anno Christi MCCCLIII; quos statim post Tomum promulgatum minatus erat se editurum, ut constat ex his Agathangeli verbis [5]: *πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολμήκεσαν*. Id est: *Minatus es, te eorum Tomum orationibus Antirrheticis refutaturum; eum scilicet Tomum, quem novissime et clanculum ii componere ausi fuissent*. In Colvilliano catalogo hi quoque Antirrhetici indicantur [6] (sed octo tantum) cum hac inscriptione: *λόγοι ἀντιῤῥητικοὶ κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου* [7]. *Orationes Antirrheticae contra Tomum Palamicum*. In hos posteriores Antirrheticos Philotheus patriarcha libros duodecim edidit, qui extant in Bibliotheca Regia N. 1996.

*Dialogus*, cuius titulus: *Τίνα δήποτε ἄρα θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἤτοι θνητὸν, ἤτοι ἀθάνατον. Quem initio Deus hominem creaverit, mortalemne, an immortalem*. Biblioth. Caesar. Vindobon. cod. theol. 174.

Quod nostri cum vidissent promptissime descenderunt, et hostibus circumdatis equos sagittis confixerunt; equites vero omnes in Romana castra vivos perduxerunt. Quae res Latinos vehementer perturbavit, et maximum apud eos tumultum excitavit; Romanos autem statim impulit, ut in eos turbatos impetum facerent. Ita Romani insignem et omni spe maiorem victoriam de Latinis facile et minimo labore reportarunt. (VI.) Carolus vero artibus Imperatoris ita superatus, et uno bello facili et expedito, quod terra marique paraverat, praeter spem in duo diviso, ac altero exercitu qui Ionium transierat prorsus perdito, altero vero qui cum Siculis pugnarat non quidem plane deleto, sed filio per illud bellum amisso; acribus doloris stimulis animum subinde pungentibus aeger et afflictus sedebat, ut eum his malis fractum vitae taederet. Nec longo post e vivis excessit confectus eo moerore, quem multiplicem et levatu difficilem concoquere ad extremum non potuit.

7. Sed me illud paene praeterierat. Nam Ioannes Alexii nepos (illius qui post Urbem captam Colchorum et Lazorum tyrannidem invaserat), cum iusiurandum scriptum ab Imperatore accepisset, Byzantium venit, et Eudociam eiusdem filiam uxorem ducit. Ac paulisper in Urbe apud Impera-

A. C. 1259 ad 1282 Imp. Mich. Palaeologi.

συνδιατρίψας χρόνον ἔπειτα ἐπανῆκεν ἅμα τῇ γυναικὶ Εὐδοκίᾳ πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, ἧς τὰ βασίλεια Τραπεζοῦς. ἔνθα δὴ καὶ μήπω τελέως ἐνιαυτοῦ πληρωθέντος παῖδα μετὰ τῆς Εὐδοκίας οὗτος γεγέννηκεν, Ἀλέξιον τὸν νέον Κομνηνόν· ὃς δὴ καὶ διάδοχος ὕστερον γεγένηται τῆς ἐκείνου ἀρχῆς, ὡς εἰρήσεται. (B.) Τούτων B δ' οὕτως ἐχόντων ἄρχεται πάλιν παρασπονδεῖν ὁ τῆς Θετταλίας ἀρχηγὸς Ἰωάννης ὁ Σεβαστοκράτωρ· ὃ δὴ καὶ εἰς λύπην καὶ ἀκατάσχετον θυμὸν ἀνῆψε τὸν βασιλέα. πᾶσα γὰρ ἤδη σπονδῶν C καὶ φιλίας ἐλπὶς ἔσβη καὶ ὡς εἰπεῖν ἐτεθνήκει. τὸ γὰρ συχνὰ μὲν αὐτὴν διαῤῥήγνυσθαι, συχνὰ δ' αὖθις συνδεῖσθαι καὶ βίᾳ μὲν καὶ μόλις λαμβάνειν τὴν ἐπανόρθωσίν τε καὶ σύμπηξιν, ῥᾷστα δὲ καὶ τὴν ταχίστην πρὸς σύγχυσιν καὶ διάλυσιν καταῤῥεῖν καὶ συμφύρεσθαι, πρὸς ἀπόγνωσιν ἤδη τὸν βασιλέα συνήλασε παντελῆ· καὶ οὐκέτι σπονδῶν ἄλλων ἐμνημόνευσε τοῦ λοιποῦ, D ἀλλὰ διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν Σκύθην Νογᾶν, ὃς τὰς διατριβὰς καὶ τὴν δίαιταν εἶχε πέραν τοῦ Ἴστρου. ἦν γὰρ τούτῳ φιλία βεβαία πρὸς βασιλέα διὰ τὸ κῆδος· ἠγάγετο γὰρ πρὸ βραχέος ἑαυτῷ σύζυγον Εἰρήνην τὴν ἐκ νοθείας γεννηθεῖσαν τῷ βασιλεῖ V. 77 θυγατέρα, καὶ ἦν διὰ τοῦτο φίλος τῷ βασιλεῖ. ἐκεῖθεν οὖν εἰληφὼς τετρακισχιλίους Σκυθῶν ἐπιλέκτους στρατιώτας ἔμελλε καὶ Ῥωμαίων ὁπλιτικήν τινα δύναμιν προσμίξας πέμψειν κατὰ τοῦ Θετταλοῦ Ἰωάννου τοῦ Σεβαστοκράτορος ἐπί τε αὐτοῦ τούτου ἀφανισμῷ καὶ ἅμα ἐπὶ σφαγῇ τῆς ὅλης ἡλικίας ἁπλῶς, ὁπόσοι P. 92 τὸν ἔφηβον παραλλάξαντες πολέμιά τε ἐπετήδευον ἔργα καὶ ὄψις

11. τε καὶ σύμπ. add. A. 13. συμφέρεσθαι A.

torem commoratus una cum Eudocia coniuge in regnum suum revertitur: cuius regia sedes erat Trapezus. Ubi antequam annus elaberetur, filius ei ex Eudocia natus est, iunior Alexius Comnenus: qui patri deinde, ut infra dicetur, in regnum successit. (II.) Hoc rerum statu rursus fidem fregit Thessaliae Princeps Ioannes Sebastocrator: quae res exacerbavit Imperatoris animum et maxima iracundia inflammavit, extincta et ut ita dicam mortua omni foederis et amicitiae spe. Nam quod societas et saepe abrumperetur et saepe resarciretur et vix redintegrata per vim coiret, facile vero turbata ac dirempta difflueret et confunderetur; id quidem nullam prorsus Imperatori retinendae eius spem relinquebat. Quare omni deinceps pacificationis mentione sublata legatos mittit ad Nogam Scytham, qui ultra Istrum sedes et domicilium habebat. Erat enim huic cum Imperatore firma amicitia ob affinitatem: quippe Irenen, filiam illius notham, paulo ante duxerat, atque idcirco eius amicus erat. Ab eo accepta quatuor millia delectorum Scytharum et iis adiunctas aliquas Romanas vires missurus erat Imperator adversus Thessalum Ioannem Sebastocratorem, tum ut eum ipsum deleret, tum ut omnes adultos, qui militiae operam navarent, ac

A. M. 6768 ad 6791 Imp. Mich. Palaeologi. A. C. 1282

τῇ Θετταλίᾳ φάναι ἐτύγχανον. (Γ.) Ἀλλὰ πρὶν εἰς πέρας αὐτὸν ἀγαγεῖν τὴν μελέτην φθάσας ὁ θάνατος τοῦ δρόμου τὴν ῥᾳστώνην ἐξαίφνης ἀφείλετο. ἄρτι γὰρ αὐτῷ Λυσιμαχίας ἐγγὺς περὶ τὴν κώμην τὴν μεταξὺ τῶν Παχωμίου καὶ Ἀλλαγῆς, οὑτωσί πως αὐτῶν ὀνομαζομένων τῶν χώρων, διατρίβοντι κἀκεῖσε τὸ
B Σκυθικὸν ἐξετάζοντι στράτευμα καὶ τοὺς ἄξοντας ἐκ Ῥωμαίων συγκαταλέγοντι στρατηγοὺς καὶ ἃ χρὴ δρᾷν σφισιν παρακελευομένῳ νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ περὶ τὴν καρδίαν, θάνατον σύντομον ἀπαγγέλλουσα καὶ πάσας ἰατρῶν τάς τε κρίσεις συνθολοῦσα καὶ συνταράττουσα καὶ ἀπράκτους ἀποδεικνῦσα τὰς συμμαχίας τῆς τέχνης. φασὶ δὲ καὶ αὐτὸν τηνικαῦτα δείσαντα περὶ τοῦ θανάτου τοὺς
C παρατυχόντας ἐρέσθαι, ὅτῳ ποτὲ καλοῖτο ὁ χῶρος ὀνόματι· ἀκούσαντα δὲ Παχωμίου καὶ Ἀλλαγῆς ἐπικλήσεις βύδιόν τι στενάξαντα ἐνταῦθα φάναι „λοιπὸν τὸ πέρας ἡμῖν, ὦ παρόντες, καὶ τὴν ἀλλαγὴν κεκλῶσθαι τοῦ βίου·" μέμψασθαί τε πολλὰ ἑαυτὸν, ὅτι Παχώμιόν τινα ἄνδρα σεμνὸν ἐζημίωσε φθάσας τοὺς ὀφθαλμούς· ἦν γάρ τις θρυλλούμενος χρησμὸς περὶ τοῦ βασιλέως, ὡς περὶ τὴν ἀλλαγὴν τοῦ βίου τὰ Παχωμίου σε διαδέξεται. ἀφ' οὗ πλα-
D νηθεὶς ἅτε περὶ τὸν τῆς βασιλείας πόθον λίαν ἐπτοημένος ἄχρηστον περὶ τὴν βασιλείαν ἔσπευσεν ἀποφῆναι Παχώμιον. (Δ.) Ἀπορήσειε δ' ἄν τις τὴν τῶν χρησμῶν, ὁπόσοι κατ' ἀνθρώπους ἄλλοτε ἄλλοι πλανῶνται, γένεσίν τε καὶ εὕρεσιν· καὶ ὅπως μελλόντων φέροντες δήλωσιν ἀναγκαίαν εἶτα βυθοῖς αὐτὴν αἰνιγμάτων ἐπηλυγάζουσι. πατέρα μὲν γὰρ τούτων ὅστις ποτὲ ἦν ὁ τού-

Thessaliae flos quodammodo essent, iugularet. (III.) Sed priusquam consilium hoc ad rem conferretur, prosperum eius cursum mors repente abrupit. Nam cum prope Lysimachiam versaretur, iuxta pagum qui inter Pachomium et Allagen (locorum haec nomina sunt) situs est, ibique Scythicum exercitum inspiceret, Romanosque duces iis copiis praeficiendos deligeret, eosque quid agendum esset moneret: gravissimo cordis morbo corripitur, qui brevi mortem denunciaret, ac medicorum omnia iudicia confunderet et turbaret, atque omnem opem artis inanem redderet. Ferunt et ipsum mortis metu eos qui adessent percontatum, quo nomine locus ille vocaretur, cum Pachomii et Allages nomina audisset, cum alto suspirio dixisse: „Hic nobis demum finis est, o socii, et vitae mutatio (graece, allage) fatis decreta:" deinde eum graviter se ipsum accusasse, quod honestum quemdam virum nomine Pachomium oculis mulctare occupasset; propterea quod vulgo ferebatur Oraculum de Imperatore his verbis conceptum, sub vitae mutationem Pachomius te excipiet: quo deceptus et Imperii cupiditate amens Pachomium Imperio inutilem efficere festinarat. (IV.) De ortu et inventione Oraculorum, quae alias alia passim apud homines circumferuntur, aliquis fortasse dubitaverit: item qui fiat, cum futurorum necessariam significationem complectantur, ut intricatis verborum ambagibus eam obscurent. Nam quis ea composuerit, et ad posteros transmiserit, a nemine

A. C. 1259 ad 1282 Imp. Mich. Palaeologi.

τους πεποιηκώς τε καὶ τῷ χρόνῳ φέρειν παρασχών, οὐδένα ποτὲ τῶν πάντων ἀναγράφοντα εὕρομεν, οὐθ' ὅστις ἱστοριογράφων ἢ συγγραφέων ἐγένοντο. ἀλλὰ τοῦτο μόνον εὕροι τις ἂν ἐπισημαινομένους ἅπαντας, ὡς κατὰ τόνδε ἢ τόνδε τὸν χρόνον συνέβη τόνδε ἢ τόνδε διαθρυλλούμενον τὸν χρησμὸν τήνδε ἢ τήνδε τὴν [E] ἔκβασιν καὶ τὸ πέρας ὕστερον σχεῖν. τίς δ' ὁ πρῶτος λαλήσας ἕκαστον τούτων, τοῦτο δὲ πρᾶγμα τοῖς πᾶσι καθάπαξ ἀνεκλάλητόν τε καὶ ἄγνωστον, πλὴν εἰ μὴ ψεύδεσθαι βούλοιτό τις. τισὶ [F] δὲ δοκεῖ, δυνάμεις τινὰς ὑπηρετικὰς καὶ λειτουργικάς, τὰς μὲν ἀγαθάς, τὰς δὲ τοὐναντίον τιμωρητικὰ ὄργανα, ἐπισκόπους οὔσας τῶν τῇδε περιπολεῖν ἀέρα καὶ γῆν τήν τε γνῶσιν τῶν ἐσομένων ἄνωθεν εἰληφυίας καὶ πρός γε ἔτι τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ μεταδιδόναι αὐτὴν τοῖς ἀνθρώποις, πῇ μὲν δι' ἐνυπνίων, πῇ δὲ δι' ἀστέρων, πῇ δὲ διὰ Δελφικοῦ τινος τρίποδος, πῇ δὲ διὰ σπλάγχνων ἔστιν ὧν ἐνίοτε θυομένων ζώων, πῇ δέ, ἵνα τὰ πολλὰ πα- [P. 93] ραδράμω, διὰ φήμης ἐξ ἀέρος τὰ πρῶτά ποθεν γεννηθείσης, εἶτα περιθεούσης ἀμοιβαδὸν τὰς τῶν πολλῶν ἀκοάς, ἣν δὴ καὶ θείαν ἐκάλεσαν ὄσσαν οἱ πάλαι σοφοί. ἔστι δ' ἃ ἐν πέτραις ἢ τοίχοις εὕρηνται γεγραμμένα πολλάκις, μηδενὸς ὅστις ποτὲ ἦν ὁ γεγραφὼς δηλουμένου. (E.) Δίδονται μέντοι δι' αἰνιγμάτων τὰ πάν- [B] τα καὶ οὐ πάντῃ σαφῆ, καθάπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια, [V. 78] διὰ τὸ ἔνθεα εἶναι καὶ οἷα χρεὼν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. τὰ γὰρ τοῖς πᾶσι πρόχειρα κόρον τε ἔσχε καὶ ἀχρηστία σφίσιν ὡς τὰ πολλὰ περικέχυται· γίνεσθαί γε μὴν τὴν χρείαν αὐτῶν οὐ πάνυ τοι

17. θείαν ὄσσ. ἐκάλ. A. 21. πάντῃ] πάντα A. 23. ἴσχει A.

unquam vel historiarum vel aliarum rerum scriptore traditum reperimus. Sed illud tantum ab omnibus annotatum deprehendas, alio atque alio tempore hoc vel illud Oraculum vulgo iactatum hunc vel illum exitum postea habuisse. Quis vero primus ea singula pronunciaverit, id vero omnibus prosus indictum et ignotum, nisi quis mentiri velit. Sunt tamen qui existiment, spiritus quosdam famulantes et administros, alios bonos, alios velut quaedam instrumenta suppliciorum maleficos, inspectores esse eorum quae hic gerantur, aeremque et terram peragrare; qui futurorum scientiam superne acceperint, ac praeterea licentiam eius communicandae cum hominibus partim per insomnia, partim per astra, partim per Delphicum quempiam tripodem, partim per exta quarundam pecudum immolatarum, partim (ne sim prolixior) per vocem primum ex aere alicunde ortam, ac deinde aures hominum vicissim circumsonantem, quam veteres sapientes divinam vocem appellarunt. Saepe etiam factum, ut in saxis aut parietibus nullo ibidem auctore indicato scripta reperirentur. (V.) Sed tamen omnia ambagibus involuta, nec satis perspicua proponuntur; quemadmodum Imperatorum ornamenta, quae divini quiddam habere, et (uti par est) vulgi conditionem superare existimantur. Nam quae exposita sunt omnibus facile fastidiuntur, et fere ut inutilia negliguntur. Non tamen eorum usus omnino

A. M. 6768 ad 6791 Imp. Mich. Palaeologi.

μάταιον οὐδ᾽ ἀργὴν, εἴ τις μὴ πάρεργον ταῦτα, ἀλλὰ μετὰ συνέσεως τῆς προσηκούσης σκοποῖτο. οἷς μὲν γὰρ τιμωρίας, οἷς δ᾽ εὐεργεσίας ἕνεκα προδείκνυνται. οἱ μὲν γὰρ ἢ κουφοτέραν τὴν ἔφοδον τῶν δεινῶν εἰργάσαντο προανασταλέντες καὶ προοικονο- C μήσαντες ἑαυτούς· ἢ τελέως σφᾶς αὐτοὺς ἀπήλλαξαν τῶν δεινῶν διὰ σπουδαιοτέρας ἀγωγῆς ἐξευμενισάμενοι τὸ θεῖον. τοῖς δὲ διὰ μικροψυχίαν ὁ μεταξὺ χρόνος κόλασις τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ γίνεται πρὸ τοῦ παθεῖν ἃ χρὴ παθεῖν, τῆς προνοίας οὕτως οἰκονομού- D σης δι᾽ ἔκτισιν ἀκμαιοτέραν ὧν ἐπλημμέλησαν. εἰ δὲ καὶ ψεύδονταί τινα καὶ διαπίπτουσιν οἱ ταῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι τούτων· (πάντα γὰρ τὰ δηλούμενα τοῖς μὲν εἰσιν ἀνιαρὰ, τοῖς δὲ τερπνά· ὥσπερ ἡ τῆς τοῦ Κροίσου ἀρχῆς κατάλυσις Λυδοὺς μὲν καὶ Κροῖσον ἠνίασε, Κύρῳ δὲ καὶ Πέρσαις εὔδαιμον ἔδοξεν) εἰ οὖν οὑτωσί πως δοκοῦσί τινα διαψεύδεσθαι, οὐ παρὰ τὴν τῶν χρησμῶν φύσιν συμ- E βαίνει τουτὶ, ὅτι μὴ παρὰ τὴν φλεγμαίνουσαν ἔφεσιν τῶν λιχνοτέρων ἀνθρώπων τοὺς χρόνους προαρπαζόντων καὶ τὸν νοῦν τῶν λογίων πρὸς τὴν οἰκείαν διαστρεφόντων ὄρεξιν. σκεπτέον δ᾽ οὖν ὅμως μή τινες διαπαίζοντες δῆθεν τοὺς τοῖς τοιούτοις χρωμένους καὶ νέα στιχίδια πλάττοντες εἰς μίμησιν τῶν χρησμῶν ἔπειτα κατὰ τὸ λεληθὼς παρασπείρωσιν εἰς τὸν δῆμον αὐτὰ, ὥστε τοῖς τούτων ψεύδεσι καὶ τὴν ἐκείνων συγχεῖν ἀλήθειαν· τοῦτο γὰρ οὐκ F ὀλίγοι καὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῶν πεπραχότες ἑάλωσαν. ἀλλ᾽ ἐκεῖσε ἐπάνειμι.

A. C. 1282 Decembr. II.

(ϛ´.) Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς περὶ οὓς εἰρήκειμεν τόπους παρ᾽ ἐλπίδα τῆς οἰκείας ἔτυχε τελευτῆς κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ἑπτακοσιοστὸν

15. φλέγουσαν A. 24. ϛψϟα´ A.

inanis aut nullus est, si quis ea non perfunctorie, sed cum debita animi attentione expendat. Aliis quippe beneficii, aliis supplicii loco significantur. Quidam enim se ipsis repressis ac sapienter praeparatis calamitatum impressionem molliorem reddidere; aut etiam vitae emendatione placato Deo prorsus illa averterunt: quibusdam, quod animo pusillo essent, interiectum tempus et ipsa calamitatum expectatio supplicio fuit, priusquam advenirent ea quae perpetienda erant, ita gubernante Providentia, ut gravius ob commissa plecterentur. Quod si qua mentiantur hominumque spem frustrentur: (nam omnia quae significantur aliis molesta sunt, aliis iucunda: ut Imperii, quod Croesus habuit, destructio Croeso et Lydis molesta, Cyro et Persis pergrata visa est) si qua igitur ita fallere videantur, id non ipsorum oraculorum natura fit, sed hominum avidiorum praepropera potius cupiditate, qui tempora anticipent, et oraculorum sensum ad optata sua detorqueant. Interim tamen videndum, ne qui sint, qui huiusmodi oraculis addictos ludificentur, et novos commentitios versiculos ad oraculorum imitationem confingant, eosque clam in vulgus spargant, horumque mendaciis etiam illorum veritatem confundant: id quod multos nostra etiam aetate fecisse constat. Sed illuc redeo. (VI.) Imperator illis in locis, quae dixi, praeter spem suam fato functus est, anno ab orbe condito sexies millesimo

A. C. 1259 ad 1282 Imp. Mich. Palaeologi.

ἐνενηκοστὸν πρῶτον ἔτος, ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα ἐτῶν τυγχάνων. ὁ δ' υἱὸς καὶ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τηνικαῦτα παρὼν μὴ ὅτι γε τῆς τοῖς βασιλεῦσιν νενομισμένης οὐκ ἠξίωσε τὸν πατέρα ταφῆς, ἀλλ' οὐδ' ὁποία βαναύσοις ἢ σκαπανεῦσιν ἐφεῖται· πλὴν ἢ ὅτι παρεκελεύσατο νύκτωρ βραχεῖς τινας ἄνδρας πόῤῥω που τοῦ P. 94 στρατοπέδου ἀπαγαγόντας πλείστην ἐπισωρεῦσαι γῆν, τοῦτο μόνον αὐτοῦ προμηθευσάμενος, μὴ θηρίων στόμασιν ἴσως σῶμα βασιλικὸν διαμερισθῇ. τὸ δ' αἴτιον ἡ τοῦ ὀρθοῦ τῆς ἐκκλησίας δόγματος ὑπῆρχε παρατροπὴ, ᾗ ζῶν μὲν ἐκεῖνος, ὡς πρόσθεν εἰρήκειμεν, κατεχρήσατο· οὗτος δὲ λάθρα προθέσεσιν ὅλαις ἀπέστεργε τῆς ψυχῆς, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν πλατύτερον. οὐ γὰρ B ἐκεῖνον, τὴν δ' ἐκείνου τοιαύτην μάλα σφοδρῶς ἀπεσείετο πρᾶξιν. πατρικῆς γὰρ εἵνεκα στοργῆς καὶ τιμῆς καὶ ὅση ἀνήκει αἰδὼς πάντας υἱοὺς ὑπερβέβληκεν, ὁπόσοι πατράσιν ἀρέσκοντες ἔδοξαν.

(Ζ.) Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἐς τοιοῦτον κατήντησε πέρας. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τήν τε ὄψιν εὐπρεπῆ κεκτημένος ἐκ φύσεως μετά τινος ἐμβριθείας καὶ ἡγεμονικοῦ παραστήματος ῥώμην τε ἔχων σώματος καὶ πεῖραν ἔργων πολεμικῶν C διὰ πολλῶν τῶν χρόνων συγγυμνασθεῖσαν καὶ ἀσκηθεῖσαν αὐτῷ· καὶ δεινὸς ὢν γνῶναι καὶ εἰπεῖν τὰ δέοντα ὀξύτερος ἦν ἐν ταῖς πράξεσι. μεγαλοδωρότατος δ' ἐς τὰ μάλιστα ἔδοξεν ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βασιλείας, ἵνα ταῖς εὐνοίαις οἶμαι οἰκειώσηται τὸ ὑπήκοον· ἔπειτα πρὸς τὸ μετριώτερον ὑπεχάλασε, τῶν πανταV. 79 χόθεν ὑποφυομένων πολέμων μακρὰς καὶ πολυτελεῖς τὰς τῶν χρη-

14. υἱοὺς A., υἱὸς W.

septingentesimo nonagesimo primo, annos octo et quinquaginta natus. At filius eius Imperator Andronicus, qui tunc aderat, patrem Imperatoria sepultura adeo non honoravit, ut ne vili quidem, qualis opificibus et fossoribus tribuitur, dignatus sit: praeterquam quod iussit, ut noctu pauci quidam cadaver procul a castris abductum multa terra obruerent, id modo cavens, ne Imperatorium cadaver a feris discerperetur. In causa erat, quod ille dum viveret a recta Ecclesiae doctrina descivisset, ut supra exposuimus: quod quidem filius omni animi affectu tacite aversatus fuerat, ut fusius infra dicturi sumus. Non enim patrem, sed illud patris factum valde oderat. Nam pietate et observantia et reverentia omni parentibus debita eos omnes superavit, qui unquam patribus suis sese obsequentes praebuerunt. (VII.) Ac Michaëlis Palaeologi hic exitus fuit: cui viro natura ipsa dederat speciem decoram, nec non gravitatem quandam, et dignam Principe maiestatem. Eo accesserat robur corporis, et rei militaris peritia longo tempore collecta et multo usu exercitata. Cum autem et prudentia et eloquentia valeret, in rebus gerendis multo fuit acrior. In Imperii principio munificentissimus esse visus, ut subditorum animos nimirum sibi conciliaret. Deinde modum sumptibus adhibuit, cum bella undecunque existerent, quae diu-

A. M. 6768 ad 6791 Imp. Mich. Palaeologi.

μάτων δαπάνας ἀπαιτούντων μετά τινος ἀνάγκης ἀπαραιτήτου.
εἶχε δὲ καί, ὥς τινες ἔφασαν, συντριβήν τινα λογισμῶν κεντοῦ-
σαν ἀεὶ τὸ συνειδὸς τῆς ψυχῆς διὰ τὴν καινοτομίαν τοῦ δόγμα-
τος, εἰς ἣν ὑπὲρ τῆς ἐς τοὺς παῖδας διαδοχῆς τῆς βασιλείας ἑαυ-
D τὸν κατήνεγκεν· ἀφ᾽ ὧν, ὡς τὸ εἰκός, αὐτὸς ἀπώνατο μηδὲ τα-
φῆς τελευταῖον ἀξιωθῆναι βασιλικῆς, τοὺς τῆς ἐκκλησίας θε-
E σμοὺς τῆς πατρικῆς στοργῆς πολλῷ προτιμώντων. (H.) Ἔμοιγ᾽
οὖν ἐκεῖνος ἂν εἴη σοφὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ὅστις ἑαυτοῦ
γε εἵνεκα πρῶτον αἱροῖτο τὰ βέλτιστα, ἔπειτα τῶν υἱέων καὶ ὅστις
καθ᾽ αἷμα προσήκει. ὅστις δ᾽ ὁλοσχερῶς ἐς τὴν τοῦ βίου φλε-
γμαίνουσαν κέχηνε δόξαν καὶ τὰς τὴν ψυχὴν ἐπικλυζούσας εὐτυ-
χεῖς τῶν παρόντων καὶ λυομένων περιπετείας καὶ προτιμῴη τὰ
ἥδιστα τῶν βελτίστων, εἴθ᾽ ἑαυτοῦ χάριν, εἴθ᾽ ὅστις αἵματος
F γείτων αὐτῷ, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς ἀπονοίας καὶ μάταιος τῆς
ἀνονήτου σπουδῆς· ὅτι πρὸς τῷ καὶ θεὸν ἀντιστρατευόμενον ἔχειν
τῇ γνώμῃ καὶ τοῖς βουλεύμασιν ἤδη καὶ τἀναντία προφανῶς τῶν
ἐλπίδων εὑρίσκει πρὸ τῶν ποδῶν καὶ τοῖς τῆς κακοδαιμονίας
ἐσχάτοις κρημνοῖς περιπίπτει. ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ τῷ λόγῳ προκείμε-
νος βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος τἆλλα συνετὸς ὢν ὅλην ὡς
P. 95 εἰπεῖν τὴν τῆς τύχης εὐμένειαν ἐπακολουθοῦσαν ταῖς πράξεσιν
ἔχων αὐτοῦ πρός γε τὸ φίλτρον τῶν παίδων ἐξεθηλύνθη καὶ ἀλη-
θεύοντα ἔδειξε Πλάτωνα ,,πᾶν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον ἐκ-
τετύφλωται" φάσκοντα. δέον γὰρ εἰς τὴν ἄνωθεν εὖ τὰ πάντα

12. **προτιμῴη A., προτιμῶν W.**

turnos et magnos sumptus eosdemque necessarios et inevitabiles postulabant. Nec desunt, qui eum afflicto animo, et perpetuo turbata conscientia fuisse dicant ob innovatum dogma; cui ille culpae ideo succubuerat, ut Imperium ad liberos suos propagaret, a quibus id scilicet honoris ei ut par erat habitum est, ut ne Imperatoria quidem sepultura ornaretur, Ecclesiae sanctiones patriae pietati longe praeferentibus. (VIII.) Mea vero sententia is prudenter sapienterque rebus suis consulet, qui sui ipsius primum deinde liberorum etiam et cognatorum causa elegerit ea quae optima sunt. Qui vero inanem mundi gloriam unice aucupatur, et rerum praesentium ac fluxarum prosperos successus, quibus anima veluti demergitur, avide inhiat, iucundissima optimis anteponens, sive id sua sive cognatorum suorum causa faciat, is mihi et ob amentiam miser, et ob inane studium vanus videtur. Etenim praeterquam quod Deum suae voluntati suisque consiliis adversantem habet, etiam ipsos rerum exitus alios plane experitur quam speraverat, et in extremas miserias praecipitatur. Ecce enim is de quo nunc agimus Michaël Palaeologus, vir alioqui prudens et qui in rebus gerendis fortunam amicam prorsus et obsequentem habuit, caritate liberorum victus verum esse ostendit illud Platonis dictum: ,,quidquid amat caecum est circa id quod amatur." Nam cum omnes de se et de liberis suis curas in

A. C. 1259 ad 1282 Imp. Mich. Palaeologi.

κινοῦσαν καὶ διοικοῦσαν πρόνοιαν ἀναρτῆσαι τὴν ὅλην ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν παίδων φροντίδα· ὁ δὲ τυφλῷ ποδὶ πρὸς τὰ φίλτρα τῶν παίδων φάναι βαδίζων ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀρχῆς ἀπ' ἄκρας εἰς τὸ βάραθρον τῶν τε ἄλλων δεινῶν συνωθήσας καὶ πρός γε ὅσα δημοτικὴν κατάραν ἐφέλκεται. ἐπεὶ γὰρ ἐκ βρέφους αὐτῷ τὴν βασι- B λείαν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐμνηστεύσατο, ὡς πολυτρόπως καὶ πολλαχόθεν δεδήλωται, εἰ τὴν μικροψυχίαν καὶ αὐτὸς ἐπὶ βραχὺ παρεκρούετο καὶ τήν τε γλῶσσαν ἐπιορκίας παντοίας τάς τε χεῖρας αἱμάτων ἀθώους ἐφύλαττε καὶ πρός γε ἔτι εἰ τὴν γνώμην ὑπερό- C ριον τῆς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἔθους εἶχε καινοτομίας μακρῷ ἂν τῷ μέτρῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας παρήλαυνεν ἅπαντας ἅπασιν ὅσα πληθὺν ἐγκωμίων ἐφέλκεται. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐῤῥάφθαι μὲν ὑπὸ Ἱστιαίου τὸ πέδιλον, ὑποδεδέσθαι δὲ τὸν Ἀρισταγόραν, ἵν' ἡμεῖς ἐς τὰς τῶν δεινῶν ἐσχατιὰς καταντήσωμεν, εἴτε δι' ἔκτισιν κακῶν παλαιῶν τε καὶ νέων, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅπως. εἶεν.

7. ἐπιβραχὺ A.

Divinam Providentiam omnia recte administrantem ac dispensantem reiicere debuisset: ille caeci instar, dum amori liberorum suorum indulget, imprudens a summo principatu in calamitatum barathrum sese praecipitavit, idque consecutus est, ut vulgo eum execrentur. Enimvero cum Deus imperium illi inde ab infantia destinasset, ut multis variisque exemplis declaratum est, si pusilli animi impotentiam tantisper ipse quoque coercuisset, si linguam abstinuisset ab omni periurio, et manus a cruore puras servasset, si denique voluntatem habuisset ab omni disciplinae Ecclesiasticae novitate alienam: longo intervallo superiores Imperatores omni laudum genere superasset. Sed oportebat utique calceum ab Istiaeo consui, ab Aristagora vero indui, ut nos in extrema mala deveniremus, sive ad vetera et recentia delicta luenda, sive nescio quam aliam ob causam. Atque haec hactenus.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
## ΛΟΓΟΣ ϛ΄.

# NICEPHORI GREGORAE
## BYZANTINAE HISTORIAE
## LIBER SEXTUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

*Βασιλεία Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου υἱοῦ τοῦ Μιχαήλ. Περὶ συγχύσεως τῶν τῆς ἐκκλησίας προϊσταμένων. Περὶ Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου τοῦ ἐκ τῆς νήσου Κύπρου. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου δευτέρας γυναικὸς Εἰρήνης. Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ Βέκκου τοῦ χρηματίσαντος πατριάρχου. Ὅτι περὶ τὴν ἐκκλησίαν δακρύων γεγόνασιν ἄξια παρὰ τῶν τότε ἀρχιερέων. Περὶ τοῦ τυφλωθέντος διαδόχου τῆς βασιλείας Ἰωάννου. Περὶ τῆς αἰτίας τῶν κατὰ θάλασσαν δεινῶν. Περὶ τῆς λύπης Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου, δι' ἣν καὶ τὸν πατριαρχικὸν παρῃτήσατο θρόνον. Διάκρισις περὶ δικαίας ψήφου τοῦ θεοῦ. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀθανασίου. Περὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου. Κατάβασις Ἀθανασίου ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. Περὶ Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου τοῦ ἐκ Σωζοπόλεως. Περὶ Ἀλεξίου τοῦ πιγκέρνη. Περὶ συμπενθερίας τοῦ Κράλη Σερβίας. Περὶ τῶν Ἀλάνων. Περὶ τῆς τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου καταβάσεως.*

### ARGUMENTUM BOIVINI.

*Andronicus patri succedit. Imperii initia turbulenta. Scythae auxiliares ut dimissi. Michaël Glabas. Corpus Imperatoris quo translatum. Luctus indictus. Res ecclesiasticae. Exules domum redeunt. Veccus clam secedit. Iosephus iterum patriarcha. Diaboli principatus et vectigalia. Tres in ecclesia Graeca factiones. Iosephus iterum patriarchatu cedit. Imperatoris aequitas. Factiosi Atramyttium conveniunt. Moritur Iosephus. Gregorii Cyprii eloquentia. Ut patriarcha designatus sit. Cur dilata consecratio. Cozylenus antistes Debreno praelatus. Heracleensem inaugurat. Hic novo patriarchae manus imponit. Lex Severi Imperatoris. Constantinus Magnus concessa urbibus privilegia non abrogavit. Zelotae cur Gregorium Cyprium suspectum habeant. Eorum crudelitas, ambitio, avaritia. Synodus Atramyttena. Iudicium de libris igni permissum. Ignis neutris favet. Concordia redintegrata. Patriarchae*

*auctoritas stabilita. Arseniatarum postulatio. Corpus Arsenii in Sophiae templo deponitur. Quonam deinde translatum. De Theodora Eulogiae filia* (*Cap.* 1). *Andronicus viduus ab Hispanorum rege uxorem petit. Irene ei datur idque inconsulto Papa. Mos vetus Latinorum principum. Irenes elogium. Gregorius Cyprius Vecco invidet. Eum relegari curat. Vecci querelae. Synodus. Vecci eloquentia. Gregorius patriarcha et Muzalo magnus Logotheta eum refellunt. Muzalonis auctoritas. Insigne dignitatis. Veccus disputando nihil proficit. Communionem adversariorum repudiat. In exilium denuo mittitur cum Meliteniota et Metochite. Crudelitas zelotarum in eos, qui Latinae ecclesiae adhaeserant. Iusta crudelitatis poena. Andronicus paterni sceleris vindictam timet. Lascarem caecum invisit et solatur. In Orientem abit* (2). *Quinam Andronico auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem. Quam funestum id consilium rei Romanae fuerit. Latinorum vires ex eo auctae. Piraticarum navium audacia. Gasmulica turba ob inopiam dispersa. Neglectae triremes multae pereunt. Paucae incolumes servatae* (3). *Gregorius Cyprius Vecco supplici opem negat. Iusto Dei iudicio punitur. Accusatur a suis ut blasphemus. Ab amicis ingratis proditur. Idem ei accidit quod olim Iulio Caesari. Omni praesidio destitutus secedit in monasterium Hodegetriae. Inde in aliud transit, a muliere nobili evocatus. Moritur. Chilas et Daniel eius accusatores animi ingrati dant poenas. Accusantur ipsi quoque a carissimis. Imperator eos aversatur. Contemnuntur a collegis. Vitam in urbe finiunt moerore confecti* (4). *Gregorio Cyprio succedit Athanasius, vir illiteratus et austeris moribus. Clericos castigat. Nec pontificibus parcit. Gregorius Cyprius viros doctos et eruditos ecclesiis praefecerat. Iis Athanasius residendi necessitatem imponit. Ipsos principes censurae metu continet. Quas res monachis interdixerit. De equitatione quid statuerit. In monachos hypocritas severe animadvertit. Item in fanaticos. Poenae impositae. Athanasii constitutiones non diu viguerunt. Mos antiquus interpretandi publice sacras scripturas; item praedicandi verbum divinum. Uterque mos novissime abrogatus. Status ecclesiae in peius mutatae. Morum depravatio. Iurandi licentia. Rationis et doctrinae lux extincta. Eius mutationis causae expenduntur. Cur ecclesiam Graecam desolari oportuerit. Mirum eam cladem in Athanasii tempora incidisse* (5). *Andronicus Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet. Prima simultatis causa. Secunda. Tertia. Priores duae prorsus iniquae. Tertia paulo iustior. Cyrus iunior cur fratrem in se armaverit. Cur Augustum Antonius. Porphyrogenitus uxorem ducit. Studii monasterium instaurat. Andronicus in Asiam transit. Porphyrogenitum in carcerem coniicit: item eius amicos* (6). *Tumultus publicus contra Athanasium. Irarum causa. Athanasius secedit. De excommunicationis sententia manu eius clanculum scripta. Ut a pueris inventa sit. Quos motus excitaverit. Athanasii fama imminuta. Ut is apud Imperatorem se excusaverit. Veniam dat et petit. De Ioanne Sozopolitano. Eo patriarcha, monachi improbi respirant. Michaël Andronici filius diademate ornatur* (7). *Italus et Armenus affinitatem Imperatoris ambiunt per legatos. Italus cur non auditus. Metochites et Glycys, qui et quales viri. Eunt in insulam Cyprum legati de affinitate. Re infecta in Armeniam proficiscuntur. Suum illud iter Glycys descripsit. Maria regis Armeniae soror Byzantium adducitur. Turci Romanos fines populantur. Philanthropenus et Libadarius in Asiam mittuntur. Eorum elogium. Philanthropeno omnia prospere succedunt. Multi ad illum se adiungunt. Libadarius eum suspectum habet. Cretenses transfugae ipsum hortantur ad defectionem. Philanthropenus haesitat. Consentit. Imperii insignia non admittit. Eius defectio nunciatur Libadario et Imperatori. Philanthropenus imprudens*

*Libadarium imparatum omittit. Theodorum Imperatoris fratrem invadit. Libadarius pecuniam et militares copias cogit. In Lydia castrametatur. Cretenses pecunia corrupti Philanthropenum ei victum tradunt. Libadarius capto insultat. Visum adimit. Notatur ut insolens et crudelis* (8). *Terrae motus. Multae aedes labefactae. Michaëlis Archangeli statua deiecta. Quis illam primum erexerat. Quis lapsam restituit. Moritur Ioannes Trapezuntis Imperator. Alexius filius ei succedit. Eudocia vidua Byzantium venit. Crali nubere recusat. Cralis inconstantia erga uxores. Imperator filiam suam Simonidem ei despondet. Thessalonicam conveniunt. Porphyrogenitus fratrem vinctus sequitur. Obsides dati a Crale. De Sphendostlavi sorore et de Cutrule. Simonis quinquennis a sponso quadragenario abducitur* (9). *Alani a Scythis subacti legatos mittunt ad Imperatorem. Eorum postulata et promissa. Andronicus Romanis diffisus; ad auxilia externa se convertit: quanto rei Romanae damno. Alani cum uxoribus et liberis admissi. Acerbis exactionibus occasionem praebent. In Asiam transeunt Michaëlis Imperatoris ductu. Circa Magnesiam castrametantur. Turci eos observant. Inordinatos adoriuntur. In fugam vertunt. Imperator recipit se in urbem Magnesiam. Alani Christianorum agros populantur. Turci usque ad oram Lesbi progrediuntur* (10). *Veneti a Genuensibus saepius victi magnam classem instruunt. Genuenses Galataei ut sibi et rebus suis consuluerint. Eorum domus et naves vacuae incenduntur. Byzantini ob incensa suburbia in Venetos saeviunt. Veneti satisfieri sibi ab imperatore postulant. Non audiuntur. Byzantinos ob abiectam rei navalis curam iniuriae expositos despiciunt. Iisdem superbe illudunt. Praeda onusti domum redeunt. Ioannes patriarcha contemnitur, ut simplex et indoctus. Secedit. In patriam revertitur* (11).

---

A. M. 6791 ad 6836 A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 96 V. 80

α′. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν Ἀνδρόνικον ἡ τοῦ κράτους καὶ τῶν βασιλικῶν σκήπτρων μετέβη διαδοχὴ, καὶ πολὺς πολλαχόθεν τὰ πράγματα θόρυβος συνεκύκα. ἔνθεν μὲν γὰρ ὁ τῆς ἐκκλησίας ἀναῤῥιπίζεσθαι ἤρξατο πόλεμος παρὰ τῶν ἀποῤῥαγέντων μερῶν ἀφορμὴν εἰληφότων ἤδη τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως· ἔνθεν δ᾽ ὁ τῶν κεκλημένων Σκυθῶν ὄχλος τεσσάρων ὄντων ἐπέκεινα χιλιάδων πολὺν ἐπέσειε τοῖς πράγμασι κίνδυνον, μὴ τὸν καλέσαντα βασιλέα θανάτῳ ζημιωθέντες νεωτερίσωσί τι περὶ τὴν τῶν πραγμά- B των ἀλλοίωσιν. ῥᾷστον δ᾽ ἦν αὐτοῖς βουληθεῖσιν, ἐπεὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ μὴ παρῆσαν στρατεύματα, φόνον τε οὐκ ὀλίγον τῶν παρατυχόντων Ῥωμαίων ἐργάσασθαι καὶ λείαν τά τε βασιλικὰ χρή-

1. Cum autem ad filium Andronicum suprema auctoritas et Imperii successio transiisset, magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim ii qui ab Ecclesia abscissi erant bellum Ecclesiasticum suscitabant, occasionem nacti ipsum Imperatoris obitum: inde auxilia Scythica, quae quatuor millium numerum excedebant, magnum Reipublicae periculum minitabantur, ne propter obitum eius a quo arcessita fuerant novi aliquid in hac rerum mutatione molirentur. Erat autem eis facillimum, si vellent, cum Romanae legiones nondum adessent, omnia miscere caedibus, et praedas agere, et pe-

A. M. 6791 ad 6836 A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ματα καὶ πρός γε αὐτὸν βασιλέα ὁμοῦ τῇ συγκλήτῳ λαβόντας ἀπαλλάττεσθαι. διὰ ταῦτα γοῦν ὑπερθέμενος καὶ παραδραμὼν τὰ πολλὰ πρὸς τὸ κατεπεῖγον ὁ βασιλεὺς ἁπάσας ἔτρεψε τὰς φροντίδας. αὐτοὺς μὲν οὖν μὴ βριθούσαις δεξιαῖς ἐς τὰ οἴκοι παραπέμπειν οὔτε τῶν Σκύθαις νομιζομένων ἑώρα τυγχάνον οὔτ' ἄλλως θορύβου καὶ μάχης ἐκτὸς ἀπαλλάξειν ἤλπιζε τούτους. ἐκ Ῥωμαϊκῶν δ' αὖ χρημάτων αὐτοὺς ἐμπιπλάναι ζητεῖν οὔτ' εὔπο- [C] ρον ἦν οὔθ' ὅσιον ἐνομίζετο. ταῦτ' ἄρα καὶ σφᾶς ὁδηγῷ παραδοὺς τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ ἐς στρατηγικὴν [P. 97] ἐμπειρίαν ἐξησκημένῳ τοσοῦτον, ὡς παῖδας νομίζεσθαι τοὺς τότε στρατηγοὺς παραβαλλομένους αὐτῷ, τὴν ταχίστην ἐπὶ Τριβαλλοὺς ἀπαλλάττεσθαι παρεκελεύσατο, πολεμίους ἐς τὰ μάλιστα καὶ αὐτοὺς ὄντας ἀεὶ καὶ συχνὰ τὴν Ῥωμαίων κακῶς διατιθεμένους γῆν, ἵν' ἐν ταὐτῷ τούς τε Τριβαλλοὺς ἀσθενεστέρους ἐργάσαιντο καὶ ἅμα αὐτοὶ πλείστην περιβαλλόμενοι λείαν ἐκεῖθεν ἐς τὰ οἴκοι τὸν Ἴστρον διαβάντες ἀποχωροῖεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ [B] οὕτω γε πέπρακται ὡς ἄρα γε καὶ βεβούλευται. (Β.) Τῷ δὲ [V. 81] βασιλεῖ ἀναγκαῖον ἦν τῇ βασιλευούσῃ ἐπιδημήσαντι τὸν τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἀπαγγεῖλαι θάνατον τῇ μητρὶ καὶ δεσποίνῃ Θεοδώρᾳ καὶ τὸ τοῖς βασιλεῦσι προσῆκον δημοσίᾳ στήσασθαι πένθος. ὅθεν τὸν τοῦ βασιλέως νεκρὸν ἐντὸς τοῦ ἄστεος Σηλυβρίας ἀπαχθῆναι κελεύσας δέει τοῦ μὴ κλαπῆναι παρὰ Λατίνων αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ τελεσθέντος τοῦ πένθους ἔργον πεποίηται μέγιστόν τε καὶ πρῶτον τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν. [C] ζῶντος μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ἔκρυπτε τὴν μελέτην αὐτῆς ἐν τοῖς

cuniam una cum ipso Imperatore et Patribus conscriptis abducere. His igitur de causis Andronicus plerisque negotiis dilatis ac praeteritis omnem suam curam ad id convertit, quod maxime urgebat. Eos porro manibus non plenis domum dimittere, nec Scytharum instituto consentaneum esse id videbat, neque alias citra tumultum et pugnam abituros. Romana vero pecunia eos explere velle nec facile erat, et nefas esse videbatur. His igitur de causis viae duce adiuncto Michaële Glaba, magno Comite stabuli, qui rei militaris usu tantum excellebat, ut reliqui duces prae eo pueri viderentur, adversus Triballos, qui et ipsi infestissimi hostes erant et Romano Imperio magnas quotidie clades inferebant, abire eos quamprimum iussit, ut eadem opera et Triballorum vires imminuerent, et ipsi maxima praeda parta inde domum Istro traiecto recederent. Et haec quidem ex sententia successerunt. (II.) Imperatorem vero necesse erat Constantinopolin proficisci, et patris sui Michaëlis Imperatoris obitum matri suae Theodorae Despoenae renunciare; item luctum publicum, qualis Imperatoribus conveniret, indicere. Itaque cadaver Imperatoris in urbem Selybriam deportari iussit, veritus ne id Latini furarentur. Ipse Byzantium rediit. Peracto deinde luctu prima et maxima ei cura haec fuit, ut rebus Ecclesiae constituendis operam daret. Etenim vivo patre id consilium animo fixum

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

λογισμοῖς, καθάπερ ἐν πίονι γῇ χειμῶνος εὐγενῆ τινα σπέρματα. νῦν δ' ἦρος, ὡς εἰπεῖν, ἐπιγενομένου τοῖς πράγμασιν ἔδειξεν ὅστις ὢν ἐλάνθανε. καὶ μὲν δὴ κήρυκες πανταχῇ καὶ βασιλικὰ διατάγματα διεπέμποντο τήν τε τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν εὐαγγελιζόμενα καὶ ἅμα τοὺς διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ζῆλον ὑπερορίους D κατάγοντα καὶ ὅσοι τῶν ἀνηκέστων τι ἐπεπόνθεσαν. ἐπὶ τούτοις ὁ Βέκκος λάθρα τὸν θρόνον καταλιπὼν ὑπεχώρησε καὶ συνέκλεισεν ἑαυτὸν εἰς τὴν τῆς Παναχράντου μονὴν, δείσας μὴ πρόφασιν τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων λαβόντες τινὲς διασπαράξωσι τοῦτον δραμόντες ἐξαίφνης. ἀνήχθη δ' εὐθὺς ὁ τῷ Βέκκῳ πρότερον παραχωρήσας τοῦ θρόνου πατριάρχης Ἰωσὴφ, νόσῳ καὶ γήρᾳ τὸ σῶμα καταπεπονημένος ἤδη καὶ λαμπροῖς τοῦ E θανάτου τοῖς προοιμίοις εἰς τὸν τάφον ὅλος συνελαυνόμενος. (Γ.) Ἀλλ' ἐπειδὴ κοσμοκράτωρ ὁ διάβολος τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ ἄρχων τοῦ περιγείου τοῦδε κόσμου καθέστηκε, τρόποις ἀποῤῥήτοις συγχωροῦντος τοῦ τὰ πάντα δημιουργοῦντος θεοῦ, εἰκὸς αὐτὸν κατ' ἴχνος ἕπεσθαι καὶ τοῖς γιγνομένοις ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ καὶ τὰ μὲν κλῆρον ἑαυτοῦ κα- F θάπαξ ποιεῖσθαι, ὁπόσα κακίας μεστὰ, τοῖς δὲ μοῖραν ἔχειν ἡντιναοῦν καὶ αὐτὸς ὁπόσα τῶν βελτίστων ἐπεφύκει· καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ χῶρόν τινα κληρωσάμενοι ἔπειτα τοὺς ἐνοικοῦντας δασμολογοῦντες καὶ μοῖραν ἐκεῖθεν ἐτήσιον ἀπολαμβάνοντες ἀεί. εἶναι γὰρ αὐτῷ φησι τῶν ἀδικωτάτων, εἰ κόσμου καλούμενος ἄρχων ἔπειτα μὴ πάντων ὅσα παρὰ τὴν γῆν νέμεται τῶν μὲν ἀρ-

celaverat, veluti generosa semina pinguibus sulcis per hiemem conduntur. Tunc autem cum Reipublicae ver quasi quoddam affulsisset, quis esset demum ostendit. Proinde caduceatoribus et Imperatoriis edictis quolibet missis Ecclesiae correctionem nunciabat: et qui Ecclesiae studio exulabant, aut extrema passi fuerant, eos revocabat. Interea Veccus sede clam relicta secedit, seque Panachranti monasterio includit, veritus ne in hac subita mutatione repentino aliquorum impetu discerperetur. In eius vero locum statim suffectus est idem qui illi antea loco cesserat, patriarcha Iosephus, morbo et senio confectus ac totus iam vergens ad tumulum, quo illum manifesta mortis praeludia compellebant. (III.) Enimvero cum Diabolus in sacris litteris huius mundi princeps appelletur, atque huius terrestrium rerum universitatis rector constitutus sit, Deo omnium creatore arcanis rationibus id permittente; probabile est eum res quae hic geruntur diligenti investigatione persequi, et quae prorsus depravata sunt, sibi prorsus vindicare: ex optimis autem portionem qualemcunque decidere, more hominum, qui praedii alicuius possessionem nacti colonis vectigal imponunt, et aliquam inde portionem quotannis percipiunt. Iniquissime enim secum agi existimat, qui mundi princeps vocetur, nisi rerum, quae in terra sunt, alias imperio et potestati suae penitus subiectas habeat, alias quan-

χηγὸς εἴη καὶ αὐτοκράτωρ, τῶν δὲ μέτοχος καθόσον ἔξεστι. διὰ A. C. 1282 ad 1328 τοῦτο καὶ ἵνα μὴ μακρολογῶμεν παραδράμωμεν τά τε ἄλλα καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος λυττήσαντας Ἰουδαίους· οὗτοι γὰρ καθάπαξ ἐγένοντο κλῆρος αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῦ Imp. Andron. Senioris. σωτῆρος τοῖς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις προσβαλὼν τὸν ἕνα ἀφεί- P. 93 λετο καθάπερ τινὰ φόρον δεσποτικόν· ἔπειτα ἐπῄει τὰς τάξεις ἁπάσας, τοὺς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἀσκοῦντας, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἐπισκόπους, τοὺς τῶν δογμάτων σοφοὺς προστάτας, τὰ τῶν μαρτύρων παλαίσματα· καὶ πανταχόθεν ἀποκρουόμενος κα- B θόσον ἄνωθεν ἡ θεία ἐπέταττε δύναμις, ὅμως οὐκ ἄμοιρος τελέως ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἠρανίσατο δῆμον πολυειδῆ καὶ καινότερόν τι στρατόπεδον, ἵν' εἶεν αὐτῷ συμμερισταὶ τῆς μελλούσης φλογός. (Δ.) Καὶ νῦν δ' ἐπειδὴ τῆς ἀγαθῆς ὁρμῆς ἀνακόπτειν οὐκ εἶχε τὸν βασιλέα, σύγχυσιν ἕτερον τρόπον εἰσάγει C καὶ κλύδωνα ἐγείρει κατὰ τῆς καλῆς ὁμονοίας ἐκείνης καὶ ἀνέορτον τίθησι τὴν καινὴν ἐκείνην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν καὶ μιμεῖται τὴν Ἔριν ἐκείνην, ἣ τὸ μῆλον κατὰ τοὺς Θέτιδος καὶ Πηλέως ἔῤῥιψε γάμους· ὃ πολλὴν ἀνήγειρε μάχην καὶ φλόγα πολέμιον ὕστερον, ὡς οἱ τῶν μύθων πάτρες ἔφασαν ποιηταί· ἢ μᾶλλον V. 82 μιμεῖται τοὺς λύκους, οἳ τὸ ποίμνιον θορυβήσαντες ἔπειτα ῥαδίως ἔστιν ἃ τῶν προβάτων ἁρπάζουσι. παρασκευάζει γὰρ αὐτοὺς D διχῇ καὶ τριχῇ διελέσθαι σφᾶς αὐτούς· καὶ τοὺς μὲν Ἰωσὴφ εἶναι μερίδα φάσκειν τοῦ πατριάρχου, τοὺς δὲ Ἀρσενίου τοῦ πάλαι θανόντος· καὶ τοὺς μὲν εἶναι λέγειν ὑπ' Ἀρσενίου ἀφωρισμένον τὸν

10. ἐπέτρεπε W. in mg.

tum fieri potest participet. Itaque ut et alia et ipsos Iudaeos, qui rabiem suam contra Christum Servatorem exercuerunt, studio brevitatis omittamus (hi enim solida Diaboli hereditas fuerunt), in ipsos Servatoris discipulos atque Apostolos facto impetu unum ex iis abstulit, veluti tributum quoddam sibi tanquam principi debitum. Deinde omnes ordines peragravit, eos qui in montibus et speluncis vitam austeram profiterentur; Ecclesiae episcopos; eruditos dogmatum propugnatores; martyrii athletas: et quamvis undique excluderetur, quatenus divinae Providentiae decretis iubebatur, tamen non prorsus inanis et vacuus abiit, sed undecunque multiformen populum coegit et novum quendam exercitum, qui secum flammae participes essent. (IV.) Tum autem cum Imperatorem a pio conatu avertere non posset, alio pacto confusionem effecit, et pulchram illam concordiam tempestate dissensionum turbavit, ac novam illam festivitatem publicamque laetitiam infestam reddidit Eridem illam imitatus, quae pomum in Thetidis et Pelei nuptiis proiecit, unde postea magnae pugnae et hostiles flammae exortae sunt, uti fabularum parentes poetae tradunt, ac potius luporum exemplum secutus, qui grege prius dissipato facile nonnullas oves abripiunt. Nam eo redegit populum, ut in duas et tres sectas scinderetur, quorum alii Iosephi patriarchae, alii Arsenii olim mortui partes tuerentur; atque ut isti quidem dicerent, Iosephum anathemate perculsum fuisse ab

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

Ἰωσήφ, ὅτι ζῶντος ἐκείνου τὸν ἐκείνου θρόνον εἰλήφει· τοὺς δὲ καθῃρημένον εἶναι κανονικῶς Ἀρσένιον ὑπὸ πάσης τῆς τῶν τότε παρόντων ἀρχιερέων συνόδου· τοὺς δὲ ἄλλα κατ' ἀμφοτέρων προτείνειν κεφάλαια, ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσὴφ E τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν, δυοῖν ἕνεκα, τῆς τε εἰρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν ὅλην ἀφῃρημένον ὑπὸ γήρως καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν· τοὺς δὲ τοῦ ζήλου προστάτας καταλειφθῆναι στασιάζοντας καὶ κατ' ἀλλήλων τὰς γλώσσας ὁπλί- F ζοντας οὐ ζήλῳ θείῳ δημαγωγουμένας, ἀλλ' ἀωρίᾳ στρατηγουμένας θυμοῦ. ὁ γὰρ κατὰ θεὸν ζῆλος τῆς ἄνωθεν ἐξῆπται δυνάμεως καὶ ἄγεται θείαν καὶ ἔμμουσον ἀγωγήν· οἱ δὲ ταῖς τῆς κενοδοξίας πύλαις τὸν νοῦν παρακαθῆσθαι ἐξασκήσαντες ἔλαθον τὸν ζῆλον μεθαρμόσαντες πρὸς ζηλοτυπίαν καὶ ἀντὶ σίτου φάναί καὶ σταφυλῆς καὶ ὅσοι τῶν καρπῶν ἀγαθοί, ἀκάνθας γεωργήσαντες καὶ τριβόλους· ταῦτα δ' εἰσὶν ἔριδες ἀπὸ γνώμης οὐ μάλα P. 99 πεπαιδευμένης καὶ λόγων ἀντιπάλων δίαυλοι. (E.) Ὁ μέντοι βασιλεὺς φύσει πρᾶος ὢν καὶ μήτε τούτους ἐθέλων λυπεῖν μήτ' ἐκείνους, ἀλλὰ τὰ ἑκατέρωθεν φυλαττόμενος σκάνδαλα, τὴν μέσην ἔγνω βαδίζειν. ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἑῷα πλευρὰ τοῦ Ἑλλησποντίου πορθμοῦ χῶρός τις Ἀτραμύτιον κεκλημένος. πρὸς δὴ τοῦτον ἐκάλει τὰ βασιλέως προστάγματα τοὺς ἄνδρας ἐκείνους, ἐκεῖ τηνικαῦ- B τα καὶ αὐτοῦ γε παρόντος. καὶ δὴ συνέῤῥεον οὐ μόνον οἱ λόγῳ τὸν ζῆλον λαχόντες ἡνιοχεῖν, ἀλλ' ὄχλος τὸ πλεῖστον ἀλογίᾳ καὶ

Arsenio, cuius adhuc superstitis sedem occupasset; illi vero reclamarent, canonice depositum esse Arsenium a toto pontificum qui tum aderant concilio: alii utrique factioni alia crimina obiicerent. Quamobrem Iosephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis, tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur, tum quod patriarchae munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis. Ac relicti sunt Zelotae inter se dissidentes, et acuentes contra se invicem linguas suas non zelo divino, sed iracundiae temeritate concitatas. Nam zelus divinus a superna potentia pendet, caelestique et concinna quadam ratione gubernatur. Qui vero animum suum sic instituunt, ut quasi excubet ad limen vanae gloriae, ii non animadvertunt se zelum in zelotypiam convertere, ac pro frumento et uva caeterisque bonis fructibus spinas et tribulos quodammodo excolere, cuiusmodi sunt lites ab animo non bene instituto proficiscentes, et reciproca contradicendi certamina. (V.) At Imperator natura mitis cum neutros offendere vellet, et scandala utrinque caveret, media via incedere instituit. Est autem ad orientale latus Hellespontiaci freti locus dictus Atramyttium. Eo viros illos Principis edicta convocarunt, cum et ipse Imperator illic praesens afforet. Confluunt itaque non solum ii quorum zelus ratione regebatur, sed et promiscua turba, plerique rationis pudoris-

ἀναιδείᾳ συντεθραμμένος, οἱ μὲν θρόνων ἐρῶντες, πρᾶγμα πολλῷ A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.
τὴν τάξιν αὐτῶν ὑπερβαῖνον, οἱ δὲ χρημάτων, οἱ δὲ δόξης κενῆς
καὶ τιμῶν, οἷαι παρὰ τὸν βίον πλανῶνται πολυειδεῖς. ἀλλ' ἐκεῖνο
μικροῦ με παρέδραμεν, ὃ προδιαληφθῆναι χρεὼν, ἵνα καθ' εἱρ-
μὸν λόγος βαδίζῃ καὶ μὴ διακόπτηται τὴν συνέχειαν ἐφεξῆς προϊών. A. C. 1283
ἐπεὶ γὰρ Ἰωσὴφ, ὡς εἰρήκειμεν, ἐν βραχεῖ τὸν πατριαρχικὸν C
θρόνον ἀπολιπὼν μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦ βίου μετέστη, οὐ δί-
καιον ἔδοξεν οὐδὲ πόῤῥω διαίτης ἡμαρτημένης, ἄνευ ποιμένος ἐν
οὕτω συγχύσεως γέμοντι χρόνῳ τὴν ἐκκλησίαν τυγχάνειν. καὶ ἦν
τηνικαῦτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπίσημος τῷ βασιλικῷ συγκατειλεγμέ-
νος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου, ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ
τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην, πά- D
λαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότη-
τι καὶ φιλοπονίᾳ τελεωτέρᾳ πρὸς φῶς ἤγαγε καὶ οἱονεί τινα ἐχα-
ρίσατο ἀναβίωσιν. τοῦτον ἐμελέτησέ τε καὶ προὐτεθύμητο ἐς τὸν
πατριαρχικὸν ἀναγαγεῖν θρόνον ὁ βασιλεὺς, ἄρτι καὶ τὸ μοναχι-
κὸν ἀλλαξάμενον σχῆμα· πλὴν οὐχ ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἁπάντων
ἐβούλετο τὴν χειροθεσίαν αὐτὸν εἰληχέναι, ὁπόσοι τῇ τοῦ δό- E
γματος καινοτομίᾳ κεκοινωνήκεσαν, ἀλλ' ὃς ἀκοινώνητον ἑαυτὸν
συνετήρησεν· ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν βραδύνειν τὰ τῆς σπου-
δῆς. προεβλήθη μέντοι παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὰς ψήφους V. 83
καὶ μαρτυρίας τὰς ὀφειλούσας καὶ τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐπὶ
τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως εἰλήφει χειρὸς
κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. καὶ ἦν διενεργῶν καὶ διοικῶν

que expertes; alii sedium episcopalium cupidi, quae res conditionem eorum longe superabat; alii pecuniae; alii inanis gloriae et huius mundi honorum variorum instabiliumque appetentes. Sed paene me illud praeteriit quod, ut ordine procedat oratio et ne series narrationis postea interrumpatur, oportet primum explicari. Nam cum Iosephus, ut diximus, mature sedem patriarchalem reliquisset, ac paulo post vita etiam excessisset, nec iustum esse nec longe a prava disciplina abesse visum est, Ecclesiam in tanta temporum confusione pastore destitui. Erat autem tunc insigni vir facundia ex Imperatorii cleri collegio Georgius Cyprius, qui elegantes Graecae litteraturae numeros et Atticam illam linguam, longo iam tempore oblivionis gurgite demersam, ingenii dexteritate ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Hunc, cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat et studebat Imperator ad patriarchicum solium evehere: a nemine tamen eorum qui participes fuissent dogmaticae novitatis, sed ab aliquo qui purum se ab illorum communione servasset, manus ei imponi volebat: ut periculum esset ne res diutius differretur. Est tamen ab Imperatore post debita suffragia et testimonia designatus: et pastorale pedum in Imperatorio suggestu more veteri ab ipso Principe porrectum accepit. Eratque ex eo occupatus in administrandis

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἐστιν ἃ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων, ὅσα οὐχ ἱερωσύνης ἐδεῖτο. (ς'.) Βραχὺ τὸ μεταξὺ, καὶ οὑτωσί πως εἰπεῖν κατὰ τὸ αὐτόματον ἢ μᾶλλον προνοίᾳ θεοῦ πρέσβυς ἐξ Αἰτωλίας σταλεὶς παρὰ τοῦ ἐκεῖσε κρατοῦντος Νικηφόρου τοῦ δεσπότου ἐς τὴν Κων- F σταντινούπολιν ἀφικνεῖται ὁ Κοζύλης ἐπίσκοπος· καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐκ Μακεδονίας ὁ Δεβρῶν ἐπίσκοπος, οὐ πρέσβυς αὐτὸς ἀφικόμενος ὁθενοῦν, ἀλλ' ἑτέρας εἵνεκα χρείας. τούτων ἀμφοτέρων P. 100 ἀκοινώνητον διατηρησάντων τὴν γνώμην τῆς τῶν ἄλλων ἐπιμιξίας, ὁπόσοι τῇ καινοτομίᾳ τοῦ δόγματος ἑκόντες ὑπήχθησαν, προὐκρίθη ὁ Κοζύλης ἐπίσκοπος τοῦ Δεβρῶν. ὁ μὲν γὰρ ὁ Κοζύλης ὑπὸ τὴν τῆς Ναυπάκτου ἐτέλει μητρόπολιν, ἡ δὲ Ναύπακτος ὑπὸ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, ὁ δέ γε Δεβρῶν ὑπὸ τὸν θρόνον ἐτέλει τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς· καὶ ἦν διὰ τοῦτό γε οἰκειότερος τῇ παρούσῃ χρείᾳ διακονῆσαι μᾶλλον ὁ Κοζύλης ἢ ὁ Δεβρῶν. ταῦτ' ἄρα καὶ παρὰ τοῦ ἤδη ὡς εἴρηται προ- B βληθέντος τῷ βασιλεῖ πατριάρχου Γρηγορίου τοῦ ἐκ Κύπρου προτραπεὶς ὁ τοιοῦτος Κοζύλης χειροτονεῖ Γερμανόν τινα μοναχὸν εἰς τὴν τῆς Θρᾳκικῆς Ἡρακλείας μητρόπολιν. τούτῳ γὰρ κατὰ τὰ πάλαι ἐφεῖται προνόμια χειροτονεῖν τὸν Κωνσταντινουπόλεως, εἴτε καὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τοῦ τὸ Βυζάντιον ἐς νέαν καὶ μεγίστην καταστήσαντος Ῥώμην, μὴ καταλύειν ἐθελήσαντος τὰ τῶν πάλαι βασιλέων προνόμια, ἀλλ' ἐπικυρώσαντος C μᾶλλον αἰδοῖ τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ τοῦ τὸν νόμον θέντος Σεβήρου τοῦ αὐτοκράτορος, ὁπότε σὺν μάλα τοι πλείστοις ἱδρῶσι

5. *Κοζύλης* pro *Μοζύλης* A. et in mg. W. 6. *αὐτὸς* add. A.

rebus, quae etsi ad patriarchale munus pertinerent, sacerdotio tamen haud indigebant. (VI.) Aliquanto post casu quodam fortuito, vel potius Dei ipsius providentia, Constantinopolin venit Cozyles episcopus, Nicephori Aetoliae Principis legatus: et post hunc e Macedonia Debrorum episcopus, non ille quidem legatione fungens ulla, sed alterius negotii causa: quorum uterque cum animum semper alienum habuisset a communione eorum qui dogmaticis novitatibus se ipsos sponte subiecissent, Cozyles episcopus praelatus est Debreno. Cozylenus enim metropolitano Naupactio, Naupactius Constantinopolitano parebat: Debrenus vero ad primae Iustinianae sedem pertinebat. Unde ad hoc munus fungendum Cozylenus magis idoneus videbatur quam Debrenus. Itaque idem Cozylenus hortatu Gregorii Cyprii, iam ab Imperatore ut dictum est patriarchae designati, Germanum monachum quendam, metropolitanum Heracleae Thracicae, inaugurat. Hic enim antiquo privilegio ius habet consecrandi Constantinopolitanum patriarcham: sive quod Magnus Constantinus, qui novam Romam eandemque maximam e Byzantio fecit, privilegia a veteribus Imperatoribus decreta abrogare noluerit, sed potius confirmarit, adductus scilicet verecundia non solum diuturni temporis, sed et Severi Imperatoris, a quo lex illa lata est,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

καὶ πόνοις ἐκεῖνος αὐτὴν παρεστήσατο, Βυζάντιον οὖσαν ἔτι, καὶ
τά τε ἄλλα πρὸς ἄμυναν καταισχύνας αὐτὴν καὶ τὰ τείχη καθη-
ρηκὼς τὸ τελευταῖον τούτοις δὴ τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης Ἡρακλεώταις
ὅσα καὶ κώμῃ χρῆσθαι αὐτῇ ἐχαρίσατο· εἴτε οὖν διὰ ταύτην τὴν
αἰτίαν τηρεῖται διηνεκῶς τὸ τοιοῦτον προνόμιον, εἴτ' οὐκ οἶδ' D
ὅπως, πέπρακται δ' οὖν ὅμως ἐπὶ τοῦδε τοῦ χρόνου τουτί γε,
ὡς εἴρηται· καὶ ἐς διάκονόν τε καὶ ἱερέα ἐξ ἀναγνώστου προβιβά-
σας ὁ ῥηθεὶς Ἡρακλείας Γρηγόριον τὸν ἐκ Κύπρου, εἶτα καὶ πα-
τριάρχην κεχειροτόνηκε τοῦτον, συλλειτουργοῖς χρησάμενος ἀμ-
φοτέροις ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις, τῷ τε Κοζύλης καὶ τῷ Δεβρῶν.
ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν. (Ζ.) Ἐσχίζοντο μὲν
οὖν, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, τὰ τῶν Ζηλωτῶν ἐκεῖνα συστήμα-
τα δι' ἅς γε εἰρήκειμεν τὰς αἰτίας. ἐσχίζοντο δ' ἔτι καὶ δι' αὐ- E
τόν γε τὸν πατριάρχην· πρόφασιν μέν, ὅτι περ εἰκοσαετὴς Κυ-
πρόθεν τοῖς Ῥωμαίων ἐπιδημήσας ἤθεσι καὶ τῶν Λατινικῶν ἠθῶν
ἔστιν ἃ ἐπαγόμενος ὑποψίαν ταῖς τῶν πολλῶν διεσκέδασε γνώμαις,
ὡς ἀναγνώστου χειροθεσίαν παρὰ Λατίνων ἐδέξατο, εἴτε του τῶν
ἐπιχαιρεκάκων γρύξαντος τοῦτο πρότερον, εἴτε τοῦ καιροῦ σχε-
διάσαντος τηνικαῦτα τῇ κακοηθείᾳ τῶν Ζηλωτῶν, ἢ μᾶλλον τοῦ
ἐρεθίζοντος ἐκείνους δαίμονος καὶ τῆς ἐκείνων καταχορεύοντος ἔρι- F
δος τοῦτο ὑπαγορεύσαντος, ἵνα πολλαπλοῦν τε καὶ πολλαχόθεν ᾖ
συγκεκροτημένον τὸ τῆς ταραχῆς καὶ συγχύσεως ἐκείνης θέατρον.
πρόφασιν μὲν οὖν διὰ τοῦτο τούτοις ὁ πατριάρχης ἀπρόσδεκτος
ἦν· τῇ δ' ἀληθείᾳ ταῖς ἐξορίαις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ ζήλου πα-

4. ταυτηνὶ A. 18. χαιρεκάκων A.

quando Byzantium multis sudoribus captum cum caeteris defensionum praesidiis, tum moenibus per ignominiam nudavit, et his demum Heracleae Thracicae civibus pro pago habendum donavit: sive inquam ob eam, sive nescio quam aliam ob causam hoc privilegium perpetuo servetur, id tum quoque peractum est, ut diximus: et e lectore Gregorium Cyprium supradictus Heracleae metropolitanus primo diaconum et sacerdotem, post et patriarcham consecravit, duobus illis episcopis Cozyleno et Debreno adiutoribus. Sed ad institutum redeundum est. (VII.) Dissidebant igitur, ut dictum est, illae Zelotarum factiones ob eas causas, quas exposuimus. Iidem etiam et propter ipsum patriarcham inter se contendebant, eo praetextu quod viginti natus annos e Cypro ad Romanos mores se contulisset, et quibusdam Latinorum ritibus secum allatis locum dedisset vulgo suspicandi, lectoris ordinem ei collatum fuisse a Latinis; sive id malevolus quispiam ante sparsisset, sive Zelotarum improbitas ex tempore confinxisset: sive instigator et litis illius praesultor daemon dictasset, ut multiplex et varium esset perturbationis et confusionis illius spectaculum. Ac specie quidem hanc illi causam habebant improbandi patriarchae. At re ipsa exiliis et aliis malis, quae ob zelum passi fuerant, gloriantes et ultra modum elati vo-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 84 P. 101

dulgebat eorum omnium, quae aut ventri delicias afferrent, aut marsupiis egerent et solicita custodia, quaeve occupationis vanae plena essent. Quod si quem eas res habere compertum esset, iis ille invitus et per ignominiam spoliabatur. Sed et eos qui monasticam vitam et habitum simplicem et morem ab inani fastu alienum amplexi nollent pedibus ire, graviter corripiebat, monebatque eos ut pedibus uterentur suis, cum essent in Urbe commoraturi; id autem non cum libitum esset facerent: caverentque ne per socordiam delicati ac luxu diffluentes in publico se intempestive ostentarent, ut reversi inde animum inanibus spectaculis plenum referrent; sed necessitate urgente, et monasterii praefecto hortante foras exirent. Id vero ab omnibus deinceps observatum quamdiu is patriarcha fuit. Absurdissimum enim aiebat illud esse, ipsum quidem patriarcham cum iter faceret nullo prorsus iumento sed propriis uti pedibus; illos autem equis ferocibus vectos saltibus immodestis et quadrupedante sonitu vicos, fora, ac theatra implere. (IV.) Illos quoque, qui antequam monasticum institutum edocti essent, modo angustis cellulis austeriorem vitam mentiti includebant se, modo illustrium domos circumibant, et mulierculārum simplicitatem facile decipiebant ac sibi per ipsum habitum mancipabant, ovium pelle induti, intus autem plus quam lupi rapaces, quorum et nonnulli insidentium animo haereticarum opinionum semen foventes, in exitii barathrum animas in-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

στα πρὸς βάραθρον ἀπωλείας ἁπλουστέρας ὠθοῦσι ψυχάς, τούτους τοίνυν ἀθροίζων καὶ ἅμα ὅσοι μαινομένων Βακχικά τινα ἤθη ἐπιτηδεύουσι κενῆς τινος δόξης καὶ λημμάτων ἕνεκα, καὶ κανόσιν ὑποτιθεὶς ἀσκήσεως, οὓς μὲν ἰάσιμον ἔχοντας συνενόει τὸν D τρόπον, φροντιστηρίοις πολυανθρώποις ὑπείκειν ἐδίδου θελήματος ἄρνησιν παραγγέλλων φυλάττειν ὁπόση δύναμις· οὓς δ' ἀνίατον ψυχῆς ἑώρα νόσημα κεκτημένους, δυοῖν ἔδρα θάτερον. ἢ γὰρ εἱρκτῇ παρεδίδου σώζων καὶ ἄκοντας σφᾶς· ἢ τῆς πόλεως ὑπερορίους καθίστα· καὶ οὕτως ἄμικτον παρεσκεύαζεν ἔχειν τὸν βίον ἀγοραῖς καὶ πλατείαις, ὅσοι τε καὶ ὅσαι τὸ μοναδικὸν ὑπῄεσαν σχῆμα. πολλοῦ δ' ἄρα ἦν ἄξιον, εἰ τὸν τοιοῦτον ἐκείνου κα- E νόνα καὶ τύπον ξυνέβαινε παραμένειν ὁμοίως κἂν τοῖς ἑξῆς διαδόχοις τοῦ θρόνου, καθάπερ δὴ καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον αὐτοῦ τῆς πατριαρχείας. ἀλλὰ γὰρ εἰ πλείω ἐτέλει τὸν χρόνον ἐν τῇ πατριαρχίᾳ, πλείω λοιπὸν καὶ τὴν εἰς τὸ βέλτιον πῆξιν τὰ τῆς μοναδικῆς πολιτείας ἔθη λαβόντα παρέμενον ἄν. ἀλλ' ἐκ μέσου τὴν ταχίστην αὐτοῦ γενομένου, πάντα καθάπερ ὀστράκου μετα- F πεσόντος κατὰ τῶν ἱερῶν φροντιστηρίων ἀνέῤῥωγε τὰ τῆς διαβολικῆς κακίας νοσήματα. (E.) Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε. πρότερον γὰρ ἐξ ἀρχαιοτέρων τῶν χρόνων παρειληφυῖα μετὰ τῶν ἄλλων ηὐτύχει καὶ διδασκάλων ἡ ἐκκλησία· οἳ κατὰ διαφόρους ἡμέρας καὶ τόπους τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐδίδασκον, ὁ μὲν τὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ ᾄσματα, ὁ δὲ τὰς τοῦ μεγάλου Παύ- P. 113 λου ἐπιστολάς, ὁ δὲ τοὺς εὐαγγελικοὺς τοῦ σωτῆρος νόμους. καὶ

cautas facillime propellebant; illos inquam et eos omnes, qui fanaticorum instar ritus quosdam Bacchicos inanis gloriolae et lucri gratia profitebantur, sparsos congregans, et religiosae vitae legibus astringens, quoscunque animadvertebat ingenio esse sanabili, illos monasteriorum frequentissimorum regulae subiiciebat, praecipiebatque iis, ut quantum possent voluntatis propriae exuendae votum servarent: quos autem videbat insanabili animi morbo laborare, in illos duorum alterum decernebat. Aut enim in carcerem coniiciebat, etiam invitos eos servans; aut longe ab Urbe relegabat; efficiebatque hac ratione, ut vitam foro et plateis procul agerent quotquot sive viri sive foeminae monasticum habitum induissent. Fuisset sane illud perquam utile, si ea lex eaque formula mansisset sub illius successoribus, ut toto illo tempore quo patriarcha ipse extitit. Enimvero si diutius eam dignitatem tenuisset, stabilita deinceps in melius monasticae vitae disciplina diutius ipsa quoque viguisset. Sed cum ille e medio statim sublatus esset, omnes tessera veluti conversa irrupere in religiosas domos diabolicae improbitatis pestes. (V.) Sed me illud paene fugit. Antehac ab antiquissimis usque temporibus tum aliis rebus abundabat Ecclesia, tum doctoribus, qui variis diebus variisque in locis Constantinopoleos docebant, hic Davidis prophetae Psalmos, ille Pauli magni Epistolas, alius Evangelica Salvatoris praecepta: tum singuli quotquot sacerdotali munere fungebantur,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

καθ᾽ ἕκαστα πάλιν ὅσοι περὶ ἱερατικὸν ἦσαν ἀξίωμα περικείμενοι κατὰ διαδοχὴν ἐκεῖθεν κατ᾽ οἴκους καὶ πατριὰς εἰπεῖν καὶ συναυλίας τῶν παροικούντων τὸν θεῖον ἐκήρυττον λόγον· καὶ ἦν τοῦτο θεῖόν τι χρῆμα τῷ βίῳ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσις ἀληθὴς καὶ πρὸς τὸ καλὸν ὁδηγός· ἢ μᾶλλον ὥσπερ ἀρδεία τις ἀπὸ μεγάλης καὶ θείας πηγῆς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων ἀρδεύουσα καὶ ταύτας πρὸς ἀμείνω πλάσιν καὶ σύνθεσιν μεταπλάττουσα.

(ϛ'.) Τοῦ δὲ χρόνου ῥέοντος φροῦδα τὰ τοιαῦτα πάντα κατέστη, B πάσης καλῆς συνηθείας ἀνατραπείσης ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις καὶ ὥσπερ ἐς θαλάσσης καταδύσης πυθμένας. καὶ τῆς λύμης ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας διαδοθείσης ἐκκλησίας, ὥσπερ ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ, παντὸς αἱ ψυχαὶ τοῦ τῶν Χρι- V. 94 στιανῶν πορεύονται πληρώματος ἄχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον. ὥστε καὶ ἐς τοσούτους ἀνεῤῥιπίσθη τὸ πρᾶγμα κολοφῶνας ἀτοπημά- C των, ὡς καὶ ὑπὲρ ἑνὸς ὀβόλου ἑκατέρωθεν ὅρκους φρικωδεστάτους γίνεσθαι, οἵους οὐδ᾽ ἂν κάλαμος γραμματέως γραφῇ παραδοῦναι τολμήσειε· τῆς γὰρ ζωτικῆς τοῦ λόγου καὶ τῆς διδασκαλίας ἀκτῖνος σβεσθείσης, ὁμοῦ πάντα γέγονε χρήματα, τῶν πλείστων εἰς ἀλογίαν ἐκπεπτωκότων καὶ οὐκ ὄντος τοῦ οἴκοθεν ἐπιγινώσκειν δυναμένου τὰ χρήσιμα καὶ τίσι γνωρίσμασι διέστηκεν ἀσεβείας εὐσέβεια. καὶ τίς ἂν δυνηθείη καθ᾽ ἕκαστα τὴν κατὰ D μικρὸν τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ χεῖρον διεξιέναι μεταβολὴν, ἣν διορθοῦν ὁ πατριάρχης θέλων οὐ δεδύνηται; (Z.) Ἐμοὶ δὲ θαυμάζειν περίεστι, πῶς δέον γενέσθαι τοιαῦτα, ἔπειτ᾽ ἐς τόνδε τὸν τῆς ἡσυχίας τρόφιμον ἄνδρα συνήλασε τὸν καιρὸν ἡ τῆς τύχης

vicissim inde per domos et tribus et curias id est paroecias verbum Dei praedicatum ibant. Eratque illud divinum quiddam in vita humana; vera scilicet religionis cognoscendae ratio, atque ad virtutem via certa; aut potius quaedam quasi rigatio ex magno caelestique fonte animos audientium irrorans, eosdemque in melius fingens et componens. (VI.) Verum procedente tempore evanuere illa omnia, omni honesto more his temporibus abolito, et in profundum quasi mare demerso. Dehinc peste in alias Ecclesias serpente, in terra veluti deserta, invia, et inaquosa totius Christianae universitatis animae ad hodiernum usque diem versantur. Itaque eo insolentiae res provecta est, ut oboli unius gratia utrinque iuramenta horribilissima, qualia nec scribentis calamus exarare audeat, interponantur. Extincta enim rationis doctrinaeque salutifera luce omnia confunduntur, plerisque in brutum stuporem prolabentibus, ac nemine existente, qui quae utilia sint, et quo discrimine pietas ab impietate dignoscatur, possit ex se intelligere. Ecquis autem particulatim queat versae in peius Ecclesiae mutationem enarrare, quam nec patriarcha cum vellet emendare potuit? (VII.) Mihi vero mirari subit, quod cum haec fieri oporteret, inconstans fortunae temeritas eius rei exitum deduxerit ad illum virum tranquillitatis monasticae alumnum.

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἀστάθμητος περιπέτεια. τὸ μὲν γὰρ χρῆναι τὴν ἐκκλησίαν οὕτως ἐρημωθῆναι καὶ τὴν δίκην περιελθεῖν τοὺς ταύτης ἐνδόξους καὶ ξύν γε τούτοις ἅπαντα τοῦ κλήρου τὸν ὁρμαθὸν, εἴδεσαν οἱ τὰ πράγματα κρίνειν εἰδότες ὀρθῶς, ἀφ' οὗ τὴν μετάνοιαν τῶν E ἐκ γε τῆς τῶν Λατίνων κοινωνίας ἐπανελθόντων οὔτε προσεδέξαντο καὶ τὰ μέγιστα προσηδικήκεσαν, κονδύλους τε ἐντείναντες καὶ τἄλλα τῶν ἀθεμίτων ἐπ' αὐτοὺς πεπραχότες· ὧν καὶ ἡμεῖς ἀνωτέρω μετρίως ἐμνήσθημεν· τὸ δ' ἐν τοῖς τοῦδε πατριαρχεύοντος χρόνοις, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐλπίδων βελτίστη τὰς πάν- F των περιέθει ψυχὰς, ὡς ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνατελεῖ καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάντα συμπεπτωκέναι τἀναντιώτατα καὶ περιυβρισθῆναι μὲν ὡς ἀνόνητον τὸν ἡσύχιον βίον, περιυβρισθῆναι δὲ τὸν τῆς ἀρετῆς καρπὸν, ὡς ῥᾷστα πρὸς τὸ τῆς κακίας ἀκρότατον ἀπαλλάττοντα, τοῦτο δὲ ποῦ οὐκ ἂν ἀπορίας ἐλαύνοι; τίνας δ' οὐκ ἂν κατασείσειε ψυχὰς, καὶ εἰ σιδήρῳ τὴν φύσιν ἐοίκασιν;

P. 114 ϛʹ. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς χρόνοις διαβολαί τινες ἀνεφύοντο κατὰ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, τοῦ αὐταδέλφου τοῦ βασιλέως, ὡς ἐρῴη μὲν βασιλείας· καὶ ὅσοι δὴ τῶν ἐν τέλει καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως προὐχόντων ἐν τῷ στρατῷ, δεξιώσεσί τε καὶ ἀσπασμοῖς καὶ χρήμασι περιέρχεται πάντας, ἵν' εἶεν αὐτῷ συνεργοὶ τοῦ σκοποῦ. ταῦτα δ', ὡς ὁ πολὺς ἔχει λόγος, ὑπῆρχον συκοφαντίαι ψευδεῖς, συντεθεῖσαι παρ' ὧν ἔργον βάσκανον τοῖς ἀγα- B θοῖς ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν· οἳ δὴ καὶ συμμάχῳ χρησάμενοι τῷ

17. ἀναφύονται A. 18. Πορφυρογεννήτου, et sic ubique A. Πορφυρογενήτου W. 23. τοῖς ἀγαθοῖς om. A. 24. ὀφθαλμοῖς A.

Oportuisse enim Ecclesiam ita desolari, et illius primores cum toto clericorum ordine puniri, sapiens quisque intelligit; ex quo nempe illi poenitentiam eorum qui a communione Latinorum reversi erant non admisissent, immo eos maximis iniuriis affecissent, colaphis etiam inflictis, aliisque in illos nefarie commissis; quae et nos supra breviter commemoravimus. At huius patriarchae temporibus, in quibus optima haec spes omnium animos subibat, orituram de terra veritatem ac de coelo iustitiam, omnia huic spei maxime contraria extitisse, ac ut inutilem, in contemptum abiisse vitam monasticam, ipsumque adeo virtutis fructum viluisse, utpote qui in summam improbitatem facillime degeneraret, id vero quam non admirationem afferat; quos non animos commoveat, et si natura sua ferrei sint?

6. His temporibus calumniae quaedam ortae sunt contra Constantinum Porphyrogenitum, Imperatoris germanum fratrem, quasi regnum affectaret, et omnes quotquot dignitate vel alio titulo in exercitu eminerent, prensationibus, salutationibus, et pecuniae largitionibus circumveniret, ut eorum opera voti compos redderetur. Hae, ut plerique affirmant, falsae erant criminationes, confictae ab iis, quibus oculum malignum in bonos coniicere familiare est: qui opportuna occasione et Imperatoris voluntate adiuti (nam

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

καιρῷ καὶ τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἀγενῆ τινα τρέφοντος ὑποψίαν πρὸς τὸν αὐτάδελφον εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ξυνώθησαν. τὰ δὲ τῆς ὑποψίας αἴτια τοιαῦτά τινα ἦν. ἠγαπᾶτο παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐξ ἔτι βρέφους ὁ Πορφυρογέννητος μᾶλλον ἢ ὁ Ἀνδρόνικος. πολλὰς γὰρ ἐκ φύσεως τὰς αἰτίας τῶν φίλτρων παρείχετο τῷ πατρὶ πολλαχόθεν, ἔκ τε τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν, C ὁπόσα τοῖς ἄρχειν ὀφείλουσιν ἐπιπρέπει, ἔκ τε τῆς τοῦ ἤθους εὐτραπελίας, ἔκ τε τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἀστειότητος· ὥστε καὶ εἰ V. 95 μὴ τὸ ὑστερογενὲς μέγα πρὸ ποδῶν ἔκειτο κώλυμα, αὐτὸν ἂν μάλα ἀσμένως τῶν βασιλικῶν σκήπτρων ἐδείκνυ διάδοχον ὁ πατήρ. ἓν μὲν οὖν τοῦτο καὶ πρῶτον αἴτιον, ὃ συνέχεε τοὺς τῆς ἀδελφικῆς ὁμονοίας δεσμοὺς ἅπαξ μεταξὺ συμπεσὸν καὶ ὑποσπεῖραν τῇ τοῦ Ἀνδρονίκου ψυχῇ γνώμην οὐ μάλα ἀνύποπτον κατὰ D τοῦ ἀδελφοῦ. (B.) Δεύτερον δὲ πρὸς βουλήσεως ἐγεγόνει τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ μίαν ἀγαγέσθαι τῷ Πορφυρογεννήτῳ γυναῖκα, τὸν ἔφηβον παραλλάξαντι, ὁπόσαι τῶν Λατινίδων εὐγενείᾳ προέχουσι, τὴν βελτίστην πασῶν, ἵνα τῇ ἐφεξῆς περὶ τούτου μελέτῃ πάνυ τοι σύνδρομον εἴη καὶ τοῦτο. ἐβούλετο γὰρ καὶ μελέτην εἶχε τοῖς σπλάγχνοις ἐμφωλεύουσαν ἐκ πολλοῦ τὸ περὶ Θεσσαλονίκην τε καὶ Μακεδονίαν μέρος τῆς ὅλης ἡγεμονίας Ῥωμαίων E ἀποτεμὼν ἰδίαν ἀρχήν τινα περιποιήσασθαι τούτῳ καὶ βασίλειον αὐτοκρατορίαν. καὶ εἰ μὴ φθάσας ὁ θάνατος αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκε, τάχ᾽ ἂν καὶ ἥλιος εἰς ἔργον προβάντα τὰ τῆς μελέτης ἐγνώριζεν· ἀλλ᾽ οὐκ ὂν καὶ θεῷ πρὸς βουλήσεως, ὡς ἔοικεν, ἐς πέρας ἐκεχωρήκει τὸ πρᾶγμα δυστυχίας μεστόν. τοῦτο

eius animo degener quaedam suspicio de fratre insederat) in extremum discrimen Porphyrogenitum adduxerunt. Suspicionis autem causae huiusmodi fuere. Patri Imperatori ab infantia Porphyrogenitus carior quam Andronicus fuerat. Quippe illi multa a natura inerant, quae paternum amorem multifariam excitarent; quod et iis animi bonis praeditus esset quae principem ornant, et morum urbanitate et oculorum hilaritate excelleret. Quare nisi illud valde obstitisset, quod minor natu erat, cupide illum Imperii successorem pater designasset. Una igitur haec et prima causa extitit, quae cum semel intercessisset et suspicionum semina adversus fratrem animo Andronici subiecisset, fraternae concordiae vinculum resolvit. (II.) Accedebat altera. Habuerat in animo pater, Porphyrogenito, cum adolevisset, Latinam uxorem nobilissimam et optimam despondere, ut ea re consilium de eo initum adiuvaretur. Etenim iampridem id volebat et secum tacite meditabatur, eam partem quae circa Thessalonicam et Macedoniam est a toto Romano Imperio recisam huic tradere, ut peculiaris eius principatus et Imperatoria potestas esset. Ac nisi mors eum e vivis prius sustulisset, fortasse ea consilia ad exitum perducta in apertam lucem prodiissent. Sed cum Deus, ut videtur, eam rem non approbaret, funestus eius exitus fuit. Haec res magis

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

δριμυτέραν τὴν τοῦ Ἀνδρονίκου βασιλέως πεποίηκε γνώμην κατὰ
τοῦ ἀδελφοῦ καὶ ὥσπερ ἐκ σπινθῆρος ἀνέφλεξεν εἰς πυρσὸν τὸ
τῆς ψυχῆς ὀργιζόμενον. ἐπεὶ δὲ συνέσεως βαθείας ἐμβρίθεια τὴν
τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου ψυχὴν περιέθει καὶ δεινὸς ἦν οἰκου-
P. 115 ροῦσαν ἐπὶ πολὺ συγκρύψαι δυσμένειαν καὶ πεπλασμένον ἦθος ὡς
ἄπλαστον ἐπὶ πλεῖστον προφῆναι, ἐλάνθανεν ὡς εὐμενῆ περὶ τὸν
B ἀδελφὸν παραμείβων τὸν χρόνον. (Γ.) Τρίτον, ὃ καὶ μετὰ
θάνατον τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς συνηνέχθη, πλοῦτον ἀθροί-
ζων πολὺν καὶ ποικίλον, ὁποῖον κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐγεώργει τοῖς τού-
του ταμείοις ὁπόσα παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως εἰλήφει πλέ-
θρα κτημάτων, ἅμα ποιμνίοις παμπόλλοις καὶ βουκολίοις μεγα-
λοπρεπῶς ἀνήλισκε τοῦτον καὶ πᾶσιν ἀφειδῶς ἐχορήγει τοῖς προσ-
ιοῦσι, μεγάλοις τὸ γένος ὁμοῦ καὶ μικροῖς· καὶ πρός γε κοινω-
C νικὸν τὸ ἦθος καὶ χάριεν προτιθέμενος ἅπασι μάλα ῥαδίως ἑαυ-
τῷ καθάπερ ἀδαμαντίνοις εἶχεν ἐξαρτωμένους δεσμοῖς. φιλεῖ
γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τὸ τοῦ ἤθους ὑγρόν τε καὶ μείλιχον, ἐπειδὰν
ἀφ᾽ ὑψηλοτέρων προφαίνηται τῶν προσώπων ῥᾷστα, χειροῦσθαι
τὰς γνώμας ἁπάντων· καθάπερ δὴ καὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἀνθέων
ἐν ἔαρος ὥρᾳ, ὁπόσα χλοάζουσαν καὶ οἷον εἰπεῖν μειδιῶσαν τὴν
βαφὴν τῆς χροιᾶς ὑπογράφει, ῥαδίως τῶν παριόντων τὰς ὄψεις
D ἐφέλκεται. τοιοῦτον μέντοι καὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς σοφιστῶν ἡ παραί-
νεσις ὑφηγεῖται τὸν ἄρχειν βουλόμενον· οὕτω γὰρ ἂν τὰ μάλιστά
φησι φιληθείη τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν, ἂν φύσει τούτων ὑπέρτερος ὢν,

7. Wolfius non interpungebat; sed coniunctim legebat, *τὸν χρόνον τρίτον*, quod interpretabatur, *tertium annum*. At hic non de anno tertio, sed de tertia causa agitur. BOIV.

etiam Andronici animum exacerbavit contra fratrem, et incendio veluti ex scintilla nato ad maiorem iracundiam concitavit. At idem Andronicus Imperator, altissima prudentia et gravi iudicio instructus, cui facillimum erat insidentem animo malevolentiam diu celare et simulationem ita plerumque componere, ut nulla apud eum esse videretur, odium aliquamdiu dissimulavit et cum fratre tanquam amicus vixit. (III.) Tertiam suspicionis causam attulit id quod etiam post patris mortem accidit. Nempe magnas omnis generis opes ex iis praediis et pecuariis quae pater illi assignarat cum quotannis colligeret, eas liberaliter et magnifice tam parvis quam magnis a quibus adibatur communicabat; praeterea comitate et suavitate morum omnes facile adamantinis sibi vinculis devinciebat. Solet enim dexteritas et benignitas morum in altiore dignitatis gradu facile omnium animos sibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore splendidi flores, ii videlicet qui amoeno et velut renidente colorum fuco tincti sunt, praetereuntium oculos in se convertunt. Hoc illud est Indorum sapientum praeceptum, imperare volentibus datum; ita demum a subditis amatum iri quemque maxime, si quanto ipse per se sublimior foret, tanto humaniorem se et mode-

ὁ δ' ἔπειτ' ἐπιεικὴς ἑκών γε εἶναί σφισιν ὁρᾶται καὶ μέτριος. A. C. 1282 ad 1328 (Δ.) Ἐπ' ἀμφοτέροις μὲν οὖν ἐκείνοις τοῖς πρώτοις αἰτίοις ἀδικοίη ἂν ἐναργῶς, εἴ τις ὁτιοῦν τῷ Πορφυρογεννήτῳ προσάψειεν ἔγκλημα· εἰ μή που τὸν πατέρα λέγοι τις ἂν ἀρχηγὸν τῶν τοιού- Imp. Andron. Senioris. των, ὃς πλείονα τούτῳ τοῦ δέοντος ἔνεμε τὴν στοργήν. ἐπὶ δέ E γε τῷ τρίτῳ οὐκ ἀμιγὴς καθάπαξ εἰπεῖν ἀπαλλάττειν κηλῖδος ὁ ἄνθρωπος δύναιτ' ἄν. εἴτε γὰρ ἀπειρίᾳ κατακολουθήσας τοιαύταις ἐδεδώκει φιλοτιμίαις, αἳ βασιλεῦσι τὰ πλεῖστα προσήκουσιν ἄκων μὲν ἴσως, προσετρίψατο δ' οὖν οὐ μικρὰν ἐντεῦθεν ἑαυτῷ τὴν κηλῖδα τοῦ πταίσματος· εἴτε ᾔδει μὲν καὶ αὐτὸς ὡς οὐκ ἀνύποπτος εἴη τῷ ἀδελφῷ τοσαῦτα φιλοτιμούμενος, ἔπειτ' ἠμέλει τὸν F χρόνον ἀφροντίστως διακυβεύων, ἐνταῦθα τῆς αἰτίας τὰ πλεῖστα φέροιτ' ἂν εἰκότως αὐτός. ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλ' οὖν τοὺς πάλαι τὰ ὅμοια δεδρακότας ἐνθυμηθῆναι πρὸς οἷον V. 96 ὤλισθον τέλος. καὶ Κῦρος γάρ ποτ' ἐκεῖνος, ὁ Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος, μείζω τῆς ἑαυτοῦ σατραπείας τὸν ὄγκον ἐπιδεικνύμενος εἰς ὑποψίαν καὶ μῖσος ἀνήγειρε τὸν αὐτάδελφον καὶ βασιλέα τὸν Ἀρταξέρξην, ἀφ' ὧν πλέον οὐδὲν ἢ δυστυχὲς ἐτρύγησε τέλος. Ἀντώνιος αὖθις, ὁ τὴν τῆς πλείονος οἰκουμένης P. 116 ἡγεμονίαν Αὐγούστῳ συμμερισάμενος Καίσαρι, τὰς τοῦ Καίσαρος ἀποστέρξας ὁμολογίας καὶ μείζω τῆς ἑαυτοῦ φιλοτιμησάμενος δόξης, ἀφῄρηται μετὰ τῆς οὔσης ἀρχῆς καὶ τὸ ζῆν· καὶ οὗτός γε μὴν ὁ Πορφυρογέννητος, εἰ καὶ μηδὲν ἐπίβουλον ἐβουλεύσατο, μήθ' ὅπλα καθ' αἵματος συγγενοῦς ἐνεδύσατο, ἀλλ' οὖν καὶ

**22. τὸ] τοῦ A.**

ratiorem erga inferiores praeberet. (IV.) Qui ergo ob illas duas priores causas aliquam Porphyrogenito culpam attribuat, plane iniurius sit; nisi horum caput et fontem fuisse ipsum patrem dicat, qui nimia caritate eum complexus fuerit. Quod ad tertiae criminationis causam spectat, non omnis labis expers idem Porphyrogenitus evaserit. Sive enim ex imperitia iis ambitionis studiis deditus fuerat, quae maxima ex parte Imperatoribus conveniunt; invitus quidem ille fortasse, non parvam tamen sibi eo peccato maculam inussit. Sin et ipse norat, ob tantam magnificentiam non extra suspicionem fore se apud fratrem, et tamen temere ac secure tempus conterebat: maximam culpae partem merito sustinebit. Quippe si nihil aliud, illud saltem reputare debebat, quem exitum habuissent ii qui antiquitus eadem commisissent. Nam et olim Cyrus ille Darii et Parysatidis filius cum maiorem quam pro satrapia sua fastum prae se ferret, in suspicionem et odium apud Artaxerxem fratrem incidit: unde nihil praeter infelicem exitum est consequutus. Antonius item, qui maximam orbis terrarum partem cum Augusto partitus erat, cum spretis pactis et conventis plus sibi quam par erat arrogasset, una cum principatu etiam vitam amisit. Ita etsi hic Porphyrogenitus nulla arma, nullas insidias contra fratrem paravit, tamen prioribus

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἄλλαις προειληφυίαις οὐ μικραῖς ὑποψίαις πολλὴν προσέθεσαν τὴν ῥοπὴν ἐπελθόντα καὶ ταῦτα· καὶ τὰς τοῦ βασιλέως σφόδρα ἀνέῳξαν ἀκοὰς ἐς ὑποδοχὴν τῶν διαβολῶν, ὁπόσαι παραπεπήγασι ταῖς ἀταμιεύτοις φιλοτιμίαις. (E.) Ἀλλ' ἐπανιτέον τὸν B λόγον. ἦν μὲν γὰρ τηνικαῦτα τὰς διατριβὰς ποιούμενος ὁ Πορφυρογέννητος περὶ Λυδίαν τοῖς τε νέοις ἀγαλλόμενος γάμοις καὶ μακραῖς ἀνθῶν ταῖς ἐλπίσι τοῦ βίου. ἠγάγετο γὰρ πρὸ βραχέος C ἑαυτῷ γυναῖκα τῶν Ῥαοὺλ θυγατέρων τὴν ψυχῆς καὶ σώματος κάλλος ἀρίστην ἐς τριακοστὸν ἤδη τῆς ἡλικίας χρόνον ἐγγίζων αὐτός· ὅτε καὶ τῷ νεῷ τοῦ Στουδίου λαμπρὸν ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον (ἠρήμωται γὰρ ὁ χῶρος ἐκεῖνος παρὰ Λατίνων καὶ μηλόβοτος ἦν ἐκ πολλοῦ) ἔπειτα στεῤῥὸν περιήγαγε φραγμὸν καὶ περίβολον καὶ πολλοῖς τοῖς ἀναλώμασιν εἰς μοναζόντων κατέστησεν ἀσκητήριον, οὐδὲν ἢ μικρὰ τοῦ παλαιοῦ χαρακτῆρος ἀποδέον D ἐκείνου. ἐπεὶ δὲ τέως περὶ τὸ Νύμφαιον τῆς Λυδίας ἐτύγχανε τὰς διατριβὰς μετὰ τῆς συζύγου ποιούμενος καὶ διαβολαὶ κατ' αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ ἀδελφὸν λάθρα ἀνηνέχθησαν, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ διαβῆναι πρὸς ἕω· τῷ μὲν φαινομένῳ πραγμάτων ἄλλων ἐκεῖθεν καλούντων αὐτόν· τῇ δ' ἀληθείᾳ πρὶν αἰσθέσθαι τὸν ἀδελφὸν ἀψοφητὶ συμπεσεῖν καὶ χειρώσασθαι· ὃ δὴ καὶ γεγένηται. καὶ κρατεῖται μὲν οὑτωσὶ τὴν ταχίστην ὁ Πορφυρογέννητος· κρατοῦνται δὲ καὶ ὅσοι γνησίως ὡμίλουν αὐτῷ, ὧν προὔχων ὑπῆρχε τὰ μάλιστα καὶ πλούτῳ καὶ γένει καὶ στρατηγίαις περιβόητος Μιχαὴλ ὁ Στρατηγόπουλος. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐν δεσμω-

4. ἐπανακτέον W. in mg. 24. περιβοήτοις A.

suspicionibus, quae quidem haud leves erant, non parvum pondus nova haec addiderunt: atque hinc factum est, ut calumniis, quae immoderatam ambitionem solent subsequi, Imperatoris aures paterent. (V.) Sed ad institutum redeundum est. Agebat tum Porphyrogenitus in Lydia recentibus nuptiis laetus, et eas spes concipiebat quibus vita humana maxime florescit. Nam paulo ante uxorem duxerat unam ex Raulis filiabus, quae et corporis et animi pulchritudine reliquis praestabat, quum ipse ad annum aetatis trigesimum iam accederet: quo etiam tempore splendidum tectum Studii templo addidit (locus enim is desolatus erat a Latinis et longo iam tempore oves pascebat) et firmo muri ambitu circumducto magnis impensis habitationi monachorum accommodavit aedificium, ut nihil aut parum a vetere forma differret. Cum autem tunc ad Nymphaeum in Lydia cum uxore commoraretur, et clam apud fratrem delatus esset, visum est Imperatori transire in Orientem, specie quidem, quod alia negotia eo vocarent; revera autem ut fratrem incautum nec opinantem sine strepitu opprimeret, quod et accidit. Nam et Porphyrogenitus celerrime comprehenditur: comprehenduntur et eius intimi, quorum princeps fuit et opibus et genere et rebus gestis celebris

τηρίοις καθείργνυνται, ὁ δὲ πᾶς πλοῦτος αὐτῶν ἐς τὸ βασιλικὸν A. C.
συγκομίζεται ταμιεῖον. 1282 ad

ζ'. Μετ' οὐ πολὺ δ' ἐκεῖθεν ἐπανιόντι τῷ βασιλεῖ παραίτησιν 1328
ἔγγραφον δίδωσιν ὁ πατριάρχης Ἀθανάσιος, τέταρτον ἤδη δια- Imp. Andron. Senioris.
νύων ἐνιαυτὸν ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. ἡ δ' αἰτία πάντων ὁ P. 117
θόρυβος ἦν ἀρχιερέων καὶ μοναζόντων καὶ λαϊκῶν φέρειν ἐπιπλέον
μὴ δυναμένων τὴν ἐκείνου πνευματικὴν σκυθρωπότητα· καὶ δια-
λοιδορουμένων αὐτῷ ὑπ' ὀδόντα μὲν καὶ λάθρα πρῶτον, ἐκκεκαλυμ- V. 97
μένως δ' ἔπειτα καὶ πλὴν σκηνῆς καὶ προσωπείου καὶ ὅσον οὐδέπω B
διαῤῥήξειν μελλόντων αὐτὸν, εἰ τῶν θρόνων ἐπιπλέον ἀντέχοιτο.
ἤλπιζε μὲν οὖν ὁ πατριάρχης βοήθειαν ἕξειν παρὰ τοῦ βασιλέως,
ὥστε τοὺς λοιδοροῦντας ἀμύνασθαι· ἐπεὶ δ' ἄπιστα τὰ τῶν ἐλπίδων A. C. 1293
οὐκ οἶδ' ὅπως εὕρισκε, ζητεῖ καὶ λαμβάνει τοὺς ἀπαθῆ διαφυλά- mens. Octbr.
ξοντας ἔκ γε τῆς τοῦ πλήθους ὁρμῆς καὶ διασώσοντας εἰς τὸ περὶ
τὸν Ξηρόλοφον ἀσκητήριον αὐτοῦ. (B.) Συνέβη μέντοι, πρὶν αὐ-
τὸν ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, πρᾶγμά τι διὰ τὴν τοῦ θρόνου στέρησιν πεπρα- C
χέναι σφόδρα τῆς αὐτῷ προσηκούσης ἀνάξιον καταστάσεως· χάρ-
την γὰρ εἰληφὼς γράμμασιν ἰδίοις ἐκτίθησιν ἐπιτίμιον ἀφορισμοῦ
κατὰ πάντων ὁμοῦ βασιλέων τε καὶ ἀρχιερέων καὶ ὅσοι τοῦ ἱερατικοῦ
καταλόγου καὶ ὅσοι τῶν ἐν τέλει καὶ ὅσοι τοῦ δήμου, ὅτι μὴ συνε-
χώρησαν συναποθεῖναι τοῖς θρόνοις τὸν βίον· ὃν δὴ καὶ ὀστράκοις
τισὶν ἐνειλήσας ὀπῇ τινι τοίχου τῶν τοῦ μεγίστου νεῶ φέρων ἐμβέ- D

7. τὴν ἐκείνου σκληρότητα· καὶ διαλ. A. 13. ἀπαθῆ om. A. διαφυλάξοντας — ὁρμῆς καὶ add. A. 14. ἄχρι καὶ ἐς τὸ A. 15. Quae sequuntur hinc usque ad sectionem quartam, deerant in libris editis: extant autem in Codice A. BOIV.

Michaël Strategopulus. Ac ipsi quidem in carcerem compinguntur; omnes autem eorum opes in fiscum rediguntur.

7. Non multo autem post inde reverso Imperatori scriptam resignationem offert Athanasius patriarcha, quartum iam annum eo sacerdotio fungens, cuius causa erat omnium pontificum et monachorum et laicorum tumultus, spiritualem illius rigorem non ferentium, eique principio clam et tacito murmure, post etiam aperte et absque larva maledicentium: qui eum iamiam discerpturi videbantur, ni solio cederet. Sperabat ille quidem se Imperatoris ope conviciatores ulturum: deinde spe nescio quomodo frustratus petit atque impetrat satellites, per quos ab impetu plebis servatus in monasterium suum circa Xerolophum incolumis reducatur. (II.) Caeterum ille, antequam eo migraret, dolore ademptae dignitatis rem fecit plane indignam gravitate quae eum virum decebat. Charta enim sumpta, propria manu excommunicationis sententiam scripsit in quoscunque sive principes, sive pontifices, sive alios sacerdotali ordini ascriptos; item in omnes tum nobiles, tum plebeios, per quos non concessum sibi fuisset patriarchalem thronum nonnisi cum vita relinquere. Eam vero chartam concharum testis involutam in rimam quandam iniecit unius e parieti-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

βληκε. διετέλεσε μέντοι κρυπτόμενος οὗτος ὁ χάρτης ἐκεῖ ὅλον ἐνιαυτόν. ἔπειτα μειρακίοις τισὶ νεοττιὰς ἐν ταῖς ὀπαῖς ἐρευνῶσιν ὀρνίθων τινῶν ἀπροσδοκήτως εὑρίσκεται δεδεμένος ὀστράκοις· εἶτα ἐμφανίζεται τῷ κλήρῳ τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας· ἐμφανίζεται τῷ βασιλεῖ. ἐκεῖθεν οἱ τῆς φήμης ἀπολαβόντες κώδωνες πάντων περιηχοῦσι τὰς ἀκοάς· πρὸς ὀργὴν ἐκκάονται πάντες· καὶ τάχ' ἂν διεσπάραξαν E ἐπιδραμόντες τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ φθάσας ὁ βασιλεὺς ἀνεχαίτισε τὴν ὁρμήν. (Γ.) Τοῦτο πολὺν προσῆψε τὸν μῶμον Ἀθανασίῳ· καὶ ἅμα τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ λαλούντων τὰς γλώσσας συνέστειλε. τὰ γὰρ ἐπιτίμια ταῦτα ἀπειλῆς χάριν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἱερωμένοις ἐπινενόηται, ὥσπερ τις ῥάβδος παιδευτικὴ κατὰ τῶν P. 118 μὴ σεμνῶς τοῖς θείοις χρωμένων. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ φανερῶς μὲν ἐπιτιμῶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν οἱ κρίνειν εἰδότες ὀρθῶς, ἵν' ἐκφοβήσαντες ἀποστήσωσι τῆς κακίας· κατόπιν δ' ὑπὲρ αὐτῶν θερμὰς ἀναφέρουσι τῷ θεῷ τὰς εὐχὰς, μή πως ἐξαίφνης ὁ θάνατος κεχωρισμένους λαβὼν τοῦ θεοῦ παραπέμψῃ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. τὸ δὲ νῦν πεπραγμένον Ἀθανασίῳ B ἅπαν ἦν τοὐναντίον. διὸ καὶ τοῦ τῶν εὐλαβῶν δόγματος δόξαν ἀλλότριον μέμψιν μεγίστην προσῆψε τἀνδρί. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς ἀποστείλας Ἀθανασίῳ τὸν χάρτην τὴν αἰτίαν ἠρώτα τοῦ δράματος, ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως τῆς προπετείας αὐτοῦ καθαπτόμενος καὶ ἅμα προσονειδίζων τὸ τῆς γνώμης μικροφυὲς καὶ ἀφιλάνθρωπον. ὁ δὲ μεταμέλῳ συντήξας τὸ ἦθος μικροψυχίαν ᾐτιᾶτο καὶ λύπην. C τὰ δ' οὕτω γινόμενά φησι καὶ λεγόμενα ἄκυρα κεῖσθαι τῇ κρίσει

bus maximi templi. Ibi charta illa per annum integrum latuit. Deinde a pueris, qui avium nidos per foramina quaeritabant, reperta est de improviso conchis inclusa. Statim sanctae Sophiae clero ostenditur; ostenditur Imperatori. Tum re inde in famae tubas recepta omnium aures circumsonant: omnes ira incenduntur, ac fortasse irruptione facta hominem discerpsissent, nisi huic malo occurrens Imperator eorum impetum repressisset. (III.) Magnum hoc probrum Athanasio fuit: hoc linguas eorum qui illi patrocinabantur compressit. Nam eiusmodi poenae ad terrorem ut plurimum excogitatae fuerunt a sacris ministris, quasi virga quaedam correctrix in eos qui divina non satis reverenter tractaturi essent. Ideo scilicet peccantibus poenam irrogant sapientes iudices, ut eos incusso metu a peccando deterreant. Clanculum autem pro illis preces Deo ardentes fundunt, ne forte illos a Deo separatos mors repentina invadat, Diaboloque et eius Angelis transmittat. Id vero quod tum ab Athanasio fiebat erat prorsus huic rationi contrarium. Itaque id, cum alienum visum esset a sapientium instituto, in maximam reprehensionem virum adduxit. Ac Imperator quidem, missa Athanasio charta supra dicta, causam illius facinoris sciscitabatur, humane ac benigne eius temeritatem coarguens simulque exprobrans illi animum illiberalem et inhumanum. Ille vero, poenitentia mollito ingenio, pusillum animum causabatur ac tristitiam suam. Quaecunque autem sic fie-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. A. C. 1294 Cal. Ian.

τῆς ἀληθείας. διὸ δὴ καὶ συγχώρησιν ἐδίδου τε καὶ ἐζήτει· καὶ οὕτω καθάπερ σκηνὴ καὶ δρᾶμα τὸ παρὰ δόξαν πραχθὲν διελύετο. (Δ.) Ἦν δέ τις μοναδικὸν περικείμενος σχῆμα, ὄνομα Ἰωάννης, πάλαι μὲν γυναικὶ συζυγεὶς καὶ παίδων πατὴρ καταστάς, ἔπειτα θανάτῳ ταύτην ἀποβαλὼν τὸ μοναδικὸν καὶ αὐτὸς ὑποδὺς τριβώνιον, τῷ χρόνῳ τέως προβεβηκώς, ἀρεταῖς φυσικῶς D προσῳκειωμένος διὰ τῆς τῶν τρόπων ἁπλότητος, Ἑλληνικῆς παιδείας πάμπαν ἀμέτοχος, ἐκ Σωζοπόλεως εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἄρτι ἐπιδεδημηκώς. οὗτος γνώμῃ βασιλικῇ καὶ ψήφῳ τῆς ἱερατικῆς συνόδου τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον· ἐφ᾽ οὗ καὶ τὰ πράγματα ἔδοξε τοῖς τῶν μοναχῶν κακοτρόποις ἐκ ζάλης καὶ κλύδωνος εἰς εὐδίαν ἐληλυθέναι καὶ ἀπὸ χειμῶνος εἰς ἔαρ. οὗτος καὶ τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ Μιχαὴλ τὸ βασιλικὸν περιτίθησι στέφος.

η΄. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ διαπρεσβεύεται πρὸς βασιλέα πρῶτον P. 119 μὲν ὁ τῆς Ἰταλίας ῥὴξ θυγατέρα ἔχων ἐκ γυναικός, ἣν θυγατέρα V. 98 φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε Βαλδουίνου τοῦ ἐξωσθέντος ἐκ Κωνσταντινουπόλεως· διαπρεσβεύεται δὲ περὶ κήδους αὐτῆς τε καὶ τοῦ νέου βασιλέως Μιχαήλ. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ κατόπιν διαπρεσβεύεται καὶ ὁ τῆς περὶ τὴν Κιλικίαν Ἀρμενίας ῥὴξ ἀδελφὴν ὑπὲρ τὰ τρισκαίδεκα ἔχων ἔτη τὴν ἡλικίαν ἀνύουσαν. ἐπεὶ δ᾽ ἡ τοῦ τῆς Ἰταλίας ῥηγὸς παραθεωρεῖται πρεσβεία διὰ τὰ ὑπὲρ τὸ προσῆκον B ζητήματα, ἐκλέγονται λοιπὸν εἰς πρεσβείαν οἱ κρείττους τῶν τηνικαῦτα σοφῶν, ὅ,τε Μετοχίτης Θεόδωρος καὶ ὁ Γλυκὺς Ἰωάν-

11. τοῖς μικροψύχοις ἐκ ζάλ. A.

rent, ea dicebat ipso veritatis iudicio irrita esse. Veniam itaque et dedit et dari sibi petiit. Atque ita quod praeter omnium opinionem factum erat, tanquam scena ac fabula evanuit. (IV.) Erat autem quidam habitum monasticum gerens, nomine Ioannes, qui olim ducta uxore liberos susceperat, eaque amissa cucullum ipse quoque induerat; vir iam aetate provectus, natura ad virtutem optime compositus ob morum simplicitatem, Graecarum literarum plane rudis, recens Sozopoli in Urbem profectus. Is decreto Imperatoris et sacri collegii suffragiis patriarchalem sedem occupat: sub quo monachi male morati res suas e tempestate ac naufragio in tutum portum pervenisse, et hiemem in ver commutatam putabant. Is Michaëlem Andronici filium Imperatorio diademate ornavit.

8. Hoc tempore legatos ad Imperatorem mittit primum Italiae Rex, qui filiam habebat ex muliere, quam supra diximus filiam fuisse Balduini, eius qui Constantinopoli pulsus fuerat: mittit, inquam, legatos acturos de filiae suae nuptiis cum iuniore Imperatore Michaële. Post simili ratione Rex Armeniae, eius quae Ciliciae finitima est, sororem per legatos offert, annos natam plus tredecim. Sed cum Regis Italiae legatio, propterea quod ea postulabat quae concedi non debebant, repudiata esset: legati deliguntur eius aetatis doctissimi viri, Theodorus Metochites et Ioannes Glycys, quo-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

νης· ὁ μὲν λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τῶν οἰκειακῶν· ὁ δὲ λογοθέτης τοῦ δρόμου· ἐκλέγονται δ᾽ οὗτοι μὴ μόνον δι᾽ ἣν τῶν πραγμάτων ἐτύγχανον ἔχοντες πεῖραν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πολλῷ τῶν ἄλλων προέχειν συνέσεως ἐμβριθείᾳ καὶ σοφίας περιουσίᾳ, C ὅση τε περὶ τὰ θεῖά τε καὶ ἡμέτερα δόγματα καὶ ὅση περὶ τὸν Ἕλληνα λόγον ἠσχόληται. τοιούτους γὰρ εἶναι ἀνάγκη τοὺς πρὸς ὑπερόρια πρεσβεύοντας ἔθνη, ἵνα πανταχόθεν οὑτωσὶ τὴν γλῶτταν ἔχοντες ὡπλισμένην κἂν ταῖς διαλέξεσιν ἀριστεύωσιν, ὁποῖαί ποτ᾽ ἂν εἶεν. οἳ δὴ καὶ νεῶν ταχυναυτουσῶν ἐπιβάντες ναυστολοῦσιν εἰς Κύπρον τὰ πρῶτα. ἦν γὰρ κἀκεῖθεν ἰὼν λόγος μικρῷ D πρότερον περὶ τοιούτου κήδους εἰς βασιλέα. ἐπεὶ δὲ συχνὸν διατρίψασι χρόνον ἐνταῦθα μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἀπηντήκει τὰ ἐκ Κύπρου σκέμματα, ἀποβάντες ἐκεῖθεν κατέπλευσαν ἐς Αἰγάς· πόλις δὲ αὕτη παράλιος ὑπὲρ τὸν Κιλίκιον αὐλῶνα κειμένη περὶ κόλπον τὸν Ἰσσικόν. (B.) Ὁπόσα μέντοι τούτοις εἴτε χαλεπὰ εἴτε ῥαστώνης γέμοντα καὶ τρυφῆς συνηντήκει κατά τε τὸν ἔκπλουν P. 120 κατά τε τὸν πλοῦν κατά τε τοὺς περίπλους καὶ κατάπλους τῶν νήσων καὶ τῶν λιμένων καὶ ὅπως ἅπασαν ἐξετέλεσαν τὴν πρεσβείαν, ἡ πάντα διεξιοῦσα καθέκαστα βίβλος δηλώσει τοῖς βουλομένοις κάλλιστα καὶ σαφέστατα, ἣν ἡ μεγίστη γλῶσσα θατέρου τῶν πρεσβέων, Ἰωάννου φημὶ τοῦ Γλυκέος, διέξεισι γενναιότατα καὶ ὡς ἂν πᾶς τις θαυμάσειεν ἐλλόγιμος ἄνθρωπος. ἐμοὶ δ᾽ οὐ πρὸς ἀνάγκης ὂν τοῖς καθέκαστα ἐνδιατρίβειν, πραγμάτων πολ- B λῶν καὶ ποικίλων ἱστορίαν προθεμένῳ διεξιέναι, πρὸς τὰ ἑξῆς

14. αὕτη A., αὐτὴ W. 21. Γλυκέως A.

rum alter Logotheta rei privatae, alter Logotheta cursus publici tunc erat, non eo tantum quia rerum usum habebant, sed etiam quia prudentia doctrinaeque copia longe aliis praestabant, nec solum in sacris ac nostris disciplinis, sed et in Graecis, id est profanis, literis versatissimi erant. Tales enim eos esse opus est, qui legati ad exteras nationes proficiscuntur, ut linguam ex omni parte instructam habentes in quovis disputationum genere palmam obtineant. Expeditis igitur navibus conscensis primum ad Cyprum applicant. Nam paulo ante inde etiam de tali affinitate cum Imperatore actum erat. Ubi cum diu commorati non ea invenirent Cypri consilia, quibus delectarentur, inde digressi Aegas appellunt, quae maritima urbs est ultra Ciliciam vallem, ad Issicum sinum sita. (II.) Quae autem his sive aspera sive facilia et iucunda acciderint, cum abirent, cum navigarent, cum insulas circumirent et portus intrarent, et ut totam legationem confecerint, alterius legati Ioannis Glyceos facundissimi viri liber, in quo omnia et singula enarrantur, pulcherrime et evidentissime volenti cuique declarabit, praeclaro sane stylo scriptus et eruditorum hominum quorumlibet admiratione dignus. Mihi vero non propositum est singulis immorari, qui multarum et variarum rerum historiam scribere institui. Quare ad alia pergendum. Ae-

τρεπτέον τῆς ὑποθέσεως. ἄραντες οὖν ἐξ Αἰγῶν ὁδοιπορίαις καὶ A. C.
σταθμοῖς ἡμερησίοις ὁσοισδηποτοῦν ἥκουσιν ὅπῃ τὴν δίαιταν 1282
ὁ ῥὴξ ἐποιεῖτο. ἔνθα δὴ πολλὰς διατετριφόσιν ἡμέρας πάντα ad 1328
διηνυκέναι σφίσι καλῶς ἐξεγένετο, ὅσα τε πρὸς βασιλέως ἦν ἐν- Imp. Andron. Senioris.
τεταλμένα αὐτοῖς καὶ ὅσα διανοίαις ἰδίαις οἴκοθεν ξυνῆκαν αὐτοί. V. 99
καὶ ἵνα τὰ πολλὰ παραδράμωμεν, Μαρίαν ἐκεῖθεν ἀνειληφότες
τὴν τοῦ ῥηγὸς ἀδελφὴν ἐπανήκουσι νύμφην τῷ βασιλεῖ κομί- C
ζοντες. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ τοῦ Στρατη-
γοπούλου κρατηθέντων, ὡς εἴρηται, ἀνδρῶν τὰ πολέμια μάλα
κρατίστων καὶ μάχαις μεγάλαις καὶ στρατηγικαῖς ἐμπειρίαις ῥᾷστα
τοὺς Τούρκους ἀνασοβούντων καὶ ἀποτρεπομένων ἐκ τῶν Ῥωμαϊ-
κῶν ὁρίων (ταῦτα δ' ἦν τὰ πρὸς ἕω τότε τοῦ Μαιάνδρου χωρία),
κατὰ πολλὴν ἤδη τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν τά τε ἐπέκεινα τοῦ
Μαιάνδρου λῄζονται πάντα, διαβαίνουσι δ' ἔτι καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν D
Μαίανδρον εἰς πλῆθος ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον οἱ πολέμιοι· ὃ δὴ καὶ
πρὸς ἀνάγκας ἄγει τὸν βασιλέα τοὺς λειπομένους ἀρίστους Ῥωμαίων
ἐπισκεψάμενον ἐκλέξασθαί τε καὶ πέμψαι τὸν βοηθήσοντα ταῖς πα-
ρὰ τὴν Ἀσίαν κινδυνευούσαις Ῥωμαίων χώραις καὶ πόλεσιν. ἦν δὲ
τότε στρατηγικὸς ἀνὴρ καὶ δεινὸς τὰ πολέμια Ἀλέξιος ὁ Φιλανθρω-
πηνός, πιγκέρνης ἀξίωμα ὤν, ἐν ταῖς ἀκμαῖς ἤδη τῆς νεότητος
ἀνθῶν καὶ καιρὸν περιμένων ἐπιδείξασθαι τὴν περὶ αὐτὸν φιλοτι- E
μίαν τῆς φύσεως. τούτῳ ὁπόσα ἐχρῆν ὁ βασιλεὺς στρατεύματα
δοὺς ἐκπέμπει πρὸς ἕω. συνεκπέμπει δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ Λιβαδά-
ριον τὸν πρωτοβεστιαρίτην, ἄνδρα γηραιὸν καὶ στρατηγικὸν καὶ
βαθεῖαν αὔλακα, φάναι, διὰ φρενὸς καρπούμενον, ἵν' οὗτος

gis digressi per itinera et mansiones diurnas nescio quot ad eum locum pervenerunt, in quo Rex domicilium habebat: ubi dies complures commorati ex sententia omnia confecerunt, quae ab Imperatore in mandatis acceperant, et quae ipsi suopte ingenio excogitarant. Ac ne sim verbosior, Maria Regis sorore accepta redeunt, eamque Imperatori sponsam adducunt. (III.) Caeterum Porphyrogenito et Strategopulo in vincula coniectis, ut dictum est, viris bellicosissimis, qui magnis praeliis et Imperatoriis artibus Turcos abigebant, et Romanis finibus facile arcebant (fines autem Romani eo tempore erant loca orientalia Maeandro adiacentia), impune iam et nullo prohibente omnia ultra fluvium hostes populabantur, et ipsum fluvium cum multitudine innumerabili transgrediebantur. Qua necessitate compulsus Imperator, ex reliquis optimatibus Romanis delectu habito, mittere aliquem ad periclitantes Asiae provincias et urbes tuendas instituit. Erat autem tum vir imperandi arte et rei militaris scientia instructus, Alexius Philanthropenus, dignitate pincerna, in ipso iuventutis flore constitutus, qui occasionem ostentandae praeclarae indolis suae expectabat. Hunc Imperator, datis quot opus erat legionibus, in Orientem ablegat: unaque cum eo mittit Libadarium protovestiaritem, virum provectae aetatis, gnarum imperandi et profundo mentis sinu velut fertilis sulci ubere fruen-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μὲν διέπῃ τὰς περὶ τὴν Ἰωνίαν πόλεις, ὁ δὲ πιγκέρνης τὰς ἐπέκεινα πάσας. ἔδοξε τοίνυν ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ μέγας γενέσθαι κατὰ τὰς μάχας τῶν Τούρκων ὁ Φιλανθρωπηνὸς, καθάπερ ὕλης ἐπιτυχοῦσα φλὸξ ἰσχυρά. ἦν γὰρ καὶ φιλοδωρότατος ὁ ἀνὴρ καὶ
F ἄλλως κοινωνικὸν τὸ ἦθος τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν παρεχόμενος· ὃ δὴ κράτιστον ἐφόδιον τοῖς στρατηγοῦσιν εἰς νίκας καὶ τρόπαια. ὅθεν καὶ ἔῤῥει εὐθὺ τοῦ σκοποῦ τὰ πάντα τῆς τύχης αὐτῷ· καὶ ἦν οὐδὲν ὃ μὴ κατὰ βούλησιν ἀπαντῶν ἦν· ὥστε καὶ διωκόμενοι μὲν ἐκεῖθεν παρὰ τῶν Σκυθῶν οἱ Τοῦρκοι, ἀνατρεπόμενοι δ᾽
P. 121 ἐντεῦθεν παρὰ τοῦ πιγκέρνη, τὴν κουφοτέραν ἐξ ἀνάγκης οἱ πλείους τῶν ὁμορούντων ἐβάδιζον καὶ ἅμα γυναιξί τε καὶ τέκνοις ηὐτομόλουν πρὸς τὸν πιγκέρνην, οὐ τοσοῦτον δεδιότες τοὺς κατὰ νώτων κειμένους ἐχθροὺς, ὅσον οἷά τισιν ἴϋγξιν ἑλκόμενοι ταῖς τοῦ πιγκέρνη δεξιώσεσι καὶ φιλοδωρίαις· ὡς ἐν βραχεῖ μεγάλην κἀκ τούτων γενέσθαι μοῖραν τῷ τούτου στρατῷ. (Δ.) Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἔδει ἀνακεκρᾶσθαι τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα καὶ τρίτον πί-
B θον ἥκιστά φασιν Ἑλλήνων παῖδες ἐν Διὸς εἶναι κακῶν ἀμιγῆ, ἱλαρὰ μὲν καὶ τούτῳ δείκνυσιν ἡ τύχη τὰ πρόθυρα καὶ πλήρη χαρᾶς· μεστὸν δ᾽ ὅλον τὸν οἶκον κακῶν ἀναῤῥήγνυσι κατ᾽ αὐτοῦ. ὁρῶντι γὰρ τῷ Λιβαδαρίῳ τὴν τύχην ἐξ οὐρίας ἑπομένην τοῖς τοῦ πιγκέρνη πράγμασι δειλίας καὶ ὑποψίας ὑποτρέχουσι λογισμοί. ἐδεδίει γὰρ, μὴ φρονήσας ὑπὲρ τὸ μέτριον ὁ πιγκέρνης κἄπειτα τῷ καιρῷ καὶ τῇ τύχῃ συμμάχῳ χρησάμενος ἐς ἀπο-
C στασίαν καὶ τυραννίδα χωρήσῃ, καὶ κινδυνεύσῃ πρῶτος αὐτὸς ἀν-

9. ἀνατραπ. A. 10. Πιγκέρνη A. et sic ubique, Πιγκέρνου W. 13. νῶτον A.

tem, ut hic Ionicas urbes gubernaret; pincerna vero ulteriores omnes. Exiguo igitur tempore Philanthropenus in bellis Turcicis magnus evasit, materiam nacta virtute eius, veluti fomitem flamma vehemente. Erat enim et liberalissimus et humanissimus erga inferiores, quod praeclarum ducibus viaticum est ad victorias et triumphos. Proinde ex animi sententia omnia illi succedebant, neque quicquam eum frustrabatur. Cum autem Turci illinc a Scythis fugarentur, hinc a pincerna everterentur, necessario plerique finitimorum leniorem ingressi viam cum uxoribus et liberis ad pincernam confugiebant, non tam hostem tergis inhaerentem metuentes, quam pincernae benignitate et munificentia quasi quibusdam illecebris tracti ac deliniti; ut et horum magnus numerus ad illius exercitum accederet. (IV.) Sed cum tristia laetis admiscenda essent, ac tertium dolium Graeci nullis malis mistum in Jovis aula esse negent, laetum quidem vestibulum et amoenitatis plenum huic fortuna ostendit, sed domum totam refertam malis in eum effudit. Nam cum ei Libadarius omnia prospere succedere videret, timere et suspicari aliquid coepit. Verebatur enim, ne prosperis fortunae flatibus pincerna elatus defectionem et tyrannidem spe-

τιστράτηγος ὤν. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ πολλοὶ τῶν ἐν τέλει ὑπεψιθύριζον· καὶ ἦν τοῦτο βασκανία τις, ὡς εἰπεῖν, ἐν σπαργάνοις ἔτι κειμένη καὶ γάλαξιν, ἢ ὥσπερ ἄνθραξ ἐν σποδιᾷ τὸ ζώπυρον κρύπτων. ἀλλ᾽ οὐκ ἐλελήθει τοῦτο τοὺς Κρῆτας, οἳ πάντα ἦσαν αὐτοὶ τῷ πιγκέρνῃ, ἀφ᾽ οὗ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἄραντες ἐκ τῆς Κρήτης ηὐτομόλησαν πρὸς αὐτόν. τιμῆς τε γὰρ ἀπέλαυον πάνυ πολλῆς παρ᾽ αὐτοῦ καὶ τῶν πάνυ πλησιαζόντων ἦσαν οἱ πρῶτοι, οὐ μόνον αὐτῷ παρασπίζοντες, ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ παραδυναστεύοντες. ἃ δὴ πάντα πρὸς ἀλάστορα γνώμην αὐτοὺς ἐξοκεῖλαι παρέπεισαν· καὶ οὐκ ἤθελον ἔτι μένειν ἐν τῷ καθεστῶτι, ἀλλ᾽ ὑπέρτερα πολλῷ τῆς ἑαυτῶν ἀξίας καὶ τύχης ἐφρόνησαν. στάδιον γὰρ, ὡς εἰπεῖν, καθορᾶται καὶ βάσανος ἀκριβὴς ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ὁπόσα κατὰ χρόνον εὐτυχήματα φύεται παρὰ τοσοῦτον ἐς ὕβρεως ὄγκον ὑψοῦντα τοὺς ἄφρονας, παρόσον τοῖς εὖ φρονοῦσι βεβηκυίας γνώμης βεβηκότα φέρει τρυγῶντα πολλαχόθεν τὸν ἔπαινον. ἐπεί γε μὴν ἠκηκόεισαν καὶ αὐτοὶ τὰ περὶ τοῦ πιγκέρνη ψιθυριζόμενα, φόρτον εἰσάγουσι λογισμῶν χαλεπῶν ἐς τὴν καρδίαν τἀνδρὸς, οὐχ ὡς ἦν τὰ τοῦ πράγματος ἀπαγγέλλοντες, ἀλλ᾽ οἷον ἐκ μυίας δημιουργοῦντες ἐλέφαντα, καὶ ἐπὶ τούτοις πείθειν ἐπιχειροῦσι τάχιστα πρὸς ἀποστασίαν χωρῆσαι, πρὶν παθεῖν ἃ πρὸ βραχέος οἱ δυστυχεῖς πεπόνθασιν ἄνδρες ἐκεῖνοι, τοὺς περὶ τὸν Στρατηγόπουλον λέγω καὶ τὸν Πορφυρογέννητον. (E.) Ταῦτα πρὸς ταραχὴν ἐξιστῶσι

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. V. 100 D E F

9. πάντα add. A.

ctaret, et primus ipse velut aemulus potestatis plecteretur. Idem multi etiam e proceribus susurrabant. Sed invidia haec erat in cunis adhuc iacens, latensque, ut ita dicam, et quasi quidam fomes sub cineribus ignem celans. Neque vero id latebat Cretenses, qui apud pincernam primum gratiae et auctoritatis locum obtinebant, ex quo cum uxoribus et liberis ad eum e Creta se contulerant. Nam in magno honore apud illum erant, et principatum inter intimos habebant: nec in acie tantum illius latera claudebant, sed et in potestatis quandam communionem veniebant. Quae res animos illorum depravarunt, et ut sorte sua non contenti maiora suo captu suaque conditione concupiscerent, impulerunt. Etenim prosperis quandoque successibus, veluti palaestra quadam certoque examine, hominum animos explorari cernimus; quibus si sint minime sani tantum insolentiae cumulum addunt secundae res, quantam et quam stabilem iisdem si sani sint constantiae et gravitatis laudem undecunque afferunt. Nam cum et ipsi ea quae de pincerna murmurabantur accepissent, magnum onus curarum molestissimarum eius viri animo iniiciunt, rem non ita uti erat renunciando, sed quasi elephantum e musca faciendo, conanturque ei persuadere, ut primo quoque tempore deficiat, priusquam eadem patiatur, quae paulo ante miseri illi Strategopulus et Porphyrogenitus experti fuissent. (V.) His ille commo-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. P. 122

τὸν ἄνδρα καὶ ὥσπερ εἰς μεταίχμιον φέρουσι λογισμῶν ἀμφιβόλων, ἑκατέρωθεν ἄλλα ἐπ᾿ ἄλλοις συχνὰ ἐπαντλούντων τὰ τοῦ τοιοῦδε κλύδωνος κύματα. καὶ πρὶν διὰ θατέρου βουλεύματος ἰέναι αὐτὸν, θάτερον ἀντεπῄει καὶ σύγχυσίς τις ἅμα κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ κυκεὼν ἠγείρετο λογισμῶν ἀνομοίων. οἷς γάρ ἐστι συνειδέναι σφαλεῖσί σφισιν αὐτοῖς ἐφ᾿ ὅτῳ δήποτε πράγματι, ἢν ἐπίωσιν ὅσα εἰκὸς τῶν δεινῶν, προειδόσιν ἔπεισι καὶ πάλαι καραδοκήσασιν, ἐξότου δὴ καὶ σφαλῆναι ξυνεπεπτώκει· οἷς εἰ μήτι ἄλλο, τὸ γοῦν προμαθεῖν λάθρα πως ὑφαιρεῖται τοῦ πάθους τὴν ἀκμήν. ὅσοις δὲ τοὐναντίον ἀπροσδοκήτως ἔπεισι τὰ χείρω, μὴ συνειδόσιν ἑαυτοῖς μηδὲν τῶν ὅσα πρόξενα σφῶν καθεστᾶσιν, B ἐπιεικῶς ἐκπλήσσειν εἴωθε καὶ σφῶν αὐτῶν ἐξίστασθαι. ἀλλὰ μετὰ πολλὰς τῶν λογισμῶν τὰς παλαίστρας νικῶσιν οἱ τὰ τῆς ἀποστασίας ὑποτιθέμενοι. καὶ σιωπὴν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ τῆς τῶν βασιλικῶν ὀνομάτων εὐφημίας ὁ πιγκέρνης προστάττει τὰ πρῶτα. διὸ καὶ ῥοπῆς οὐ μικρᾶς οἱ Κρῆτες δραξάμενοι καὶ βίαν ἐπάγουσιν, ἤδη διεγείροντες τὴν ταχίστην καὶ τοῖς τῆς βασιλείας συμβόλοις χρήσασθαι καὶ στηρίξαι τῶν ἑπομένων τὰς γνώμας. „τὰ γὰρ C τοιαῦτα τῶν βουλευμάτων κατ᾿ ἴχνος," φασὶν, „ἑπομένην ἔχειν χρεὼν καὶ τὴν πρᾶξιν· καὶ οὐδὲν οὕτω τῶν πάντων ἕτερον ὀξύτητα γνώμης ὁμοῦ καὶ χειρὸς ἀπαιτεῖ καὶ φλέγουσαν ὥσπερ σπουδήν. εἰ δ᾿ ὑπερτίθεσθαι βούλει τὸν χρόνον, τάς τε ψυχὰς τῶν στρατιωτῶν μετεώρους ποιεῖς καὶ ἀμφιβόλους καὶ ὥσπερ ἐπὶ ξυροῦ ταλαντεύεις τὰς γνώμας αὐτῶν, τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλίαν

19. φησὶν A.

vetur, in medio veluti conflictu incertarum deliberationum constitutus, et istius quasi procellae alternis fluctibus oppressus. Itaque unum consilium ingresso alterum statim subit; ac in eius animo diversarum cogitationum confusa quaedam pugna tumultuosusque aestus excitatur. Nam qui delictorum quacunque in re sibi conscii sunt, iis si, ut par est, aliquid imminet mali, praesciis imminet et expectantibus ex eo tempore quo deliquerunt: quibus si non aliud, ipsa tamen praescientia calamitatem nonnihil levat. Contra, quos mala praeter expectationem opprimunt nullius peccati sibi conscios, quo pati illa meruerint; hos non mirum est obstupescere et extra sese quodammodo rapi. Tandem post longos cogitationum conflictus defectionis auctores vincunt. Ac initio quidem pincerna edicit, ne in exercitu nomini Imperatoris de more acclametur. Quamobrem Cretenses non parvo inde momento adiuti vim illi inferunt, et quamprimum Imperatoriis insignibus uti iubent ad confirmandos suorum animos. „Consilia huiusmodi," inquiunt, „ipsa res sequi statim debet: neque quicquam est omnium, quod parem ingenii et manus promptitudinem et adeo ardens studium flagitet. Sin tempus terere vis, militum animos suspensos atque ambiguos facis, in ipso rerum discrimine fluctuantes, et incerti eventus expectatione trepidos. Neque ipse potes

πολλὰ δεδιότων, καὶ αὐτὸς, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἂν φθάνοις προδεδομένος ὢν ὑπὸ τῶν τοιούτων." ὁ δ' ἀκούων ἠμέλει, οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε τὸν ὄγκον τοῦ πράγματος δειλιῶν, εἴτ' ἄλλο διανοούμενος τέως ἀπόῤῥητον, οἶμαι περιμένων χειρώσασθαι τὸν Λιβαδάριον πρότερον. (ς'.) Τούτων οὕτως ἐχόντων ἀπαγγελίαι φοιτῶσιν ὀξεῖαι παρά τε τὸν Λιβαδάριον παρά τε τὸν βασιλέα, σύγχυσιν καὶ μερισμὸν διακηρύττουσαι τῶν τε πραγμάτων καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς. τὸν μὲν οὖν βασιλέα τὸ τῆς ἀκοῆς αἰφνίδιον σφοδρῶς ἐθορύβησε, καὶ οἷον εἰπεῖν λύπης πυθμένες ὅλους ἐξεῤῥόφησαν τούτου τοὺς λογισμούς. ὅμως τῇ πρὸς θεὸν εὐσεβείᾳ τοῦ συνειδότος θαῤῥῶν καὶ τῷ μηδεμίαν αἰτίαν τῇ τοιᾷδε παρασχηκέναι ὑποθέσει ἔμεινε κατὰ χώραν, μήτε πρὸς ὅπλα βλέψας καὶ βέλη, μήτε πρὸς στρατευμάτων συμμαχούσας φάλαγγας· ἀλλ' ὅλας εἰς τὴν ὑπέραγνον θεομήτορα τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας καὶ τὸν σωτῆρα Χριστὸν, εἰδὼς ὡς οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὃ μὴ τῆς ἐκείνου χειρὸς ἐξῆπται, ἀλλὰ πάντα προνοίας ἐκεῖθεν ἀπόῤῥητοι βόσκουσι λόγοι, ὅπερ ἂν βούλοιτο τέλος ἐκεῖνος ἑκάστοις τῶν πραγμάτων ἐπάγειν. τὴν δὴ τοιαύτην αὐτοῦ συντριβὴν τῆς ψυχῆς ἐπιβλέψας ὁ κύριος ἔσφηλε τὰ τοῦ πιγκέρνη σκέμματα, καθάπερ φορτίδος νεὼς τοὺς ἰθύνοντας ἀφελόμενος οἴακας· καὶ ἀντὶ τοῦ Λιβαδαρίῳ ἐπιθέσθαι κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον ἀπαρασκεύῳ ἔτι τυγχάνοντι, ὁ δὲ Θεοδώρῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἐπέθετο ἀδελφῷ ἐκεῖ που περὶ τὴν Λυδίαν καὶ αὐτῷ διατρίβοντι τότε. ἀνύποπτος γὰρ ἦν οὗτος τῷ βασιλεῖ καὶ πολλῆς ἐκείνου τῆς εὐ-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. D E V. 101 F P. 123

1. καὶ αὐτός] αὐτῶν W. in mg., A. punctum habet post δεδιότων. 12. παρασχεῖν A. 13. συμμάχους A. 16. ἀπόῤῥυτοι W. 18. ἐπάγειν corr. Boiv. pro ἐπάγων. 20. καθάπερ — οἴακας add. A.

effugere, quin ab iis statim prodendus sis." Haec ille audiens negligebat, haud scio reine magnitudine territus, an aliquid secreti animo meditatus, id credo expectans ut Libadarium inprimis subigeret. (VI.) Hoc rerum statu celeres nuncii ad Libadarium et Imperatorem perferuntur, confusionem et dissipationem rerum atque adeo ipsius Imperii nunciantes. Quibus Imperator ex improviso auditis ita perturbatus est, ut totam eius prudentiam profundus quidam moeror penitus absorberet. Tamen fretus conscientia suae erga Deum pietatis, et quia sciebat nullam se huic rei causam praebuisse, quietus mansit: non arma, non tela, non auxiliarium exercituum legiones quaerere constituit, sed omnem spem in sanctissima Dei genitrice et servatore Christo collocavit, nihil non ab eius potentia pendere sciens: sed occultis illius providentiae rationibus gubernari, et ad eum finem tendere omnia, quem ille praescripsisset. Hanc eius animi contritionem intuitus Dominus pincernae consilia subvertit, veluti ademptis onerariae navi gubernaculis. Atque hic cum Libadarium adhuc imparatum primo impetu aggredi debuisset, Theodorum Imperatoris fratrem invasit, qui et ipse tum illis fere locis in Lydia versabatur. Is enim non suspectus Imperatori libe-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μενείας ἀπέλαυε καὶ διὰ τοῦτο διέτριβεν ὅπῃ καὶ ὅπως ἐβούλετο. ἀφ' οὗ γὰρ εἶδε κατασχεθέντα τὸν ἀδελφὸν, συνῆκεν ὡς καλὸν τὸ μετριώτερον φέρειν τὴν τύχην· καὶ ῥίψας τὰ ὀφειλόμενα τῆς ἀξίας σύμβολα ἰδιωτικοῖς καὶ αὐτὸς ἐχρῆτο ἐνδύμασι. διὸ καὶ πολλὴν ἐκαρποῦτο καὶ καθαρὰν τὴν τοῦ βασιλέως εὐμένειαν. τοῦτον οὖν B ἐπελθὼν κατέσχεν ὁ πιγκέρνης, ὡς μὴ βασιλείας ὄνομα τούτῳ περικειμένῳ προστρέχωσί τινες κἀντεῦθεν σύστημα γένηται στρατοπέδου καὶ γένηταί οἱ τουτὶ τῆς προθέσεως οὐκ ἐλάχιστον κώλυμα. (Z.) Ἀλλ' ἐλελήθει σκιὰν ἀντ' ἀληθείας κρατῶν. ὁ γὰρ πρωτοβεστιαρίτης Λιβαδάριος τὴν περὶ τὰ πάρεργα ταῦτα τοῦ πιγκέρνη ἀσχολίαν καιρὸν ἴδιον ἡγησάμενος πεμφθέντα παρὰ τῆς ἄνω- C θεν δεξιᾶς ἐν οὕτω βιαίᾳ καὶ ὀξέως ἀνταγωνιζομένῃ πραγμάτων ῥοπῇ πάντα κινεῖ χρήματα καὶ πάντα τὴν ταχίστην συναγείρει στρατὸν ἔκ τε τῆς παραλίου τῆς Ἰωνίας ἔκ τε τῆς μεσογαίου καὶ, συνελόντι φάναι, πανταχόθεν. τὸν ἴδιον γὰρ ἐξαργυρισάμενος πλοῦτον, καὶ ὅσοι περὶ αὐτὸν πλουτοῦντες ἐτύγχανον, καὶ πρός γε ἔτι ἐκ τῆς Φιλαδελφείας πλεῖστα βασιλικὰ μεταστειλάμενος χρήματα ἄφθονα πάντα προὐτίθει χορηγῶν τῷ στρατῷ, μείζους ἔτι προστιθεὶς καὶ τὰς ἐπαγγελίας καὶ ἡδίους ποιῶν ταῖς ἐλπίσιν D αὐτούς· ὡς πρὶν ἢ δέκα ἐξήκειν ἡμέρας, μετὰ βαρείας ἐλθόντα δυνάμεως κατὰ μέσην τὴν Λυδῶν χώραν πήξασθαι τὸ στρατόπεδον κἀκεῖ βρίθουσιν ὅπλοις τὴν ἔφοδον ἐκδέχεσθαι τοῦ πιγκέρνη. ὃδ' ἀνυσιμώτατον ἔδοξε τῇ τοῦ Λιβαδαρίου σπουδῇ καὶ τὸ πᾶν

12. ἀξίως W. 13. ἀγείρει A. 19. ἰδίους A.

ralissime ab illo tractabatur, et ubi libitum erat ad arbitrium suum vivebat. Ex quo enim fratrem comprehensum esse cognorat, moderatius esse vivendum intelligebat: abiectisque dignitatis suae debitis insignibus, privati habitu utebatur. Quibus de causis multum et sincere ab Imperatore diligebatur. Hunc igitur pincerna invadit et comprehendit, ne ad illum Imperatorio nomine ornatum aliqui accurrerent, conflatoque inde exercitu, rei a se inceptae non minimum obstarent. (VII.) Sed haud animadvertit, se umbram omisso captare corpore. Nam protovestiarites Libadarius, pincernae in supervacaneis istis occupationem sibi peropportunam ratus, et divinitus oblatam occasionem in tam violento et subito adversarum rerum motu amplexus, omnem pecuniam contrahit, omnes copias summa festinatione tum e maritimis Ioniae locis, tum ex mediterraneis, denique undecunque in unum conducit. Suis enim opibus eorumque quos secum habebat divitum in argentum redactis, atque etiam pecuniae Imperatoriae magna vi e Philadelphia arcessita, exercitui abunde omnia suppeditabat, maiora etiam pollicens et spe alacriores reddens. Quo factum ut priusquam decem exirent dies, cum magnis copiis in media Lydia castrametaretur, et ibi pincernae impetum validis viribus exciperet. Iam ad perficienda ea quae Libadarius cupiebat efficacissimum illud visum est, quod et

ἐν βραχεῖ κατεπράξατο· εἰδὼς γὰρ ὡς μάλιστα πάντων οἱ Κρῆ- A. C. 1282
τες παρασπίζουσι τῷ πιγκέρνῃ καὶ τῶν ἐγγυτάτω τούτῳ κυκλούν- ad
των εἰσὶ, λάθρα πέμψας χρήματά τε δώσειν αὐτὸς ὑπισχνεῖται 1328
πάμπολλα καὶ λαμπρὰς τὰς τιμὰς προξενῆσαι παρὰ τοῦ βασιλέως Imp. Andron. Senioris.
αὐτοῖς, ἢν τὸν πιγκέρνην ἀπολαβόντες δέσμιον παραδῶσιν αὐ- E
τῷ συῤῥηγνυμένων ἤδη τῶν στρατοπέδων. οἳ δὴ καὶ πάλαι δυσ-
χεραίνοντες πρὸς τὴν ἐς τὰ παρόντα σκέμματα βραδυτῆτα καὶ
μέλλησιν τοῦ πιγκέρνη καὶ ἄλλως τὴν τῶν πραγμάτων τύχην ἀν-
τιστρατευομένην ὁρῶντες αὐτῷ κλίνουσι πρὸς τὰς ὑποσχέσεις καὶ
τὸ πᾶν αὐτοὶ κατασκευάζουσιν ἔπειτα δρᾶμα μεταξὺ τοῦ πολέ-
μου. καὶ οὕτως αὐτός τε παραδίδοται δέσμιος καὶ τὸ πᾶν ἐν βρα- F
χεῖ καταλύεται τούτου στρατόπεδον. (H.) Ἐπεὶ δὲ τῷ πρωτο- A. C. 1296
βεστιαρίτῃ Λιβαδαρίῳ κατὰ γνώμην ἀπηντήκει τὰ πράγματα καὶ
πέρας εἶχε τούτῳ χρηστὸν, ὁ δὲ οὐ μετριάζουσαν ἔῤῥιψε τὴν
ὀφρὺν πρὸς τὸν ἡττηθέντα, οὐδ᾽ ᾐδέσθη τὴν τύχην τἀνδρὸς,
οὐδ᾽ ἀνθρωπίνως προσηνέχθη τοῖς πράγμασιν· ἀλλ᾽ ἐν νῷ λα- V. 102
βὼν τὸ τοῦ βασιλέως πρὸς τὰς κολάσεις ἀκίνητον καὶ δείσας μὴ P. 124
φιλανθρωπίας ὁ δέσμιος τύχῃ ἀπελθὼν μετὰ τρίτην ἀπὸ τῆς κα-
τασχέσεως ἡμέραν ἀφαιρεῖται τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰς αὐγάς.
οὕτω πικρὸς καὶ λιθίνην αὐχῶν τὴν καρδίαν ἐφάνη περὶ τὸν δυσ-
τυχήσαντα ἄνθρωπον. φιλεῖ γὰρ ἐς ἀπόνοιαν ῥᾷστα χωρεῖν τὸ
ἀνθρώπινον, ὁπότε μὴ λόγον ἡνίοχον ἔχοι ἐμμελῶς ἀναστέλλοντα
τὴν τῆς τύχης ἀστάθμητον περιπέτειαν. τὰ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ B
μάχῃ γινόμενα, ὁποῖά ποτ᾽ ἂν ᾖ, συγγνώμην ἔχει τῷ πεπραχό-
τι, περιστατουμένου τότε τοῦ λογισμοῦ καὶ τῆς χειρὸς οἱονεὶ με-

totum negotium cito confecit. Nam cum sciret Cretenses maxime pincernam in acie tueri, ac circa illum proximos conglobari, clam cum illis egit, maximamque pecuniam daturum et apud Imperatorem illustres dignitates eis impetraturum se promisit, si postquam exercitus confligere coepissent, pincernam vinctum sibi traderent. Qui cum iam pridem illius cunctationem et moras in praesenti instituto moleste ferrent, et alioqui fortunam eius conatibus adversari viderent, pollicitationes admittunt, et inter pugnandum totam fabulam peragunt. Sic et ipse vinctus traditur, et brevi totus eius exercitus dissipatur. (VIII.) Protovestiarites autem Libadarius, cum negotium sententia confecisset et ad felicem exitum perduxisset, non mediocri fastu victo insultavit, nec fortunam viri reveritus, nec humaniter successibus suis usus. Sed Imperatoris clementia considerata, qui ad decernenda supplicia difficillime moveretur, et metuens ne captivus veniam impetraret, tertia postquam eum ceperat die visum illi ademit. Adeo acerbus et saxeus in hominem calamitosum fuit. Solet enim humana mens facillime de statu dimoveri, nisi rationis ductu regatur, quae inconstantem fortunae temeritatem certo moderamine coerceat. Nam in pugna quidem et acie quicquid egeris, excusationem habet, cum circumstantium negotiorum mole ratio op-

θυούσης καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης χειραγωγὸν καὶ πρύτανιν τῶν πραττομένων. τῆς δ' ἀκμῆς τῶν δεινῶν παυσαμένης καὶ καιρὸν ἤδη τῆς προαιρέσεως εἰληφυίας μετὰ στάθμης τινὸς καὶ κρίσεως τὰς τῶν πράξεων ἀρχὰς παρέχεσθαι τῇ χειρὶ, μοχθηρίαν γνώμης κατηγορεῖ τοῦ πράξαντος, εἴ τι μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γίγνοιτο.

C θ'. Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν χρόνον συνέβη γενέσθαι σεισμὸν τῶν πάνυ μεγίστων, ὑφ' οὗ πολλαὶ μὲν τῶν μεγάλων οἰκιῶν, πολλοὶ δὲ τῶν μεγάλων νεῶν οἱ μὲν ἐπεπτώκεισαν, οἱ δὲ διεῤῥάγησαν. ἐπεπτώκει δὲ καὶ ὃν πρὸ τοῦ νεὼ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐπὶ κίονος ἔστησε τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ἀνδριάντα Μιχαὴλ βασιλεὺς ὁ Παλαιολόγος, ὁπότε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἐγεγόνει· ὃν αὖθις Ἀνδρόνικος βασιλεὺς, ὁ ἐκείνου παῖς, ὡς
D εἶχε σχήματος, ἐπεσκεύασέ τε καὶ ἀνεστήλωσε. (Β.) Κατὰ δὲ τὸ ἐπιὸν θέρος ἧκεν ἐκ Τραπεζοῦντος εἰς Κωνσταντινούπολιν Εὐδοκία ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ, θανόντος ἐκεῖ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Ἰωάννου τοῦ Λαζοῦ· ἧκε δὲ μετὰ τοῦ δευτέρου ταύτης παιδός. τὸν γὰρ πρῶτον Ἀλέξιον ἐκεῖ καταλείπει, τὴν πατρικὴν περιέπειν ἀρχήν. ταύτην δὴ τὴν Εὐδοκίαν πέμψας ὁ Κράλης Σερβίας ἐζήτει γυναῖκα λαβεῖν, ἵν' αἰωνιζούσας ποιήσῃ πρὸς Ῥω-
E μαίους σπονδάς. ἰσχυρὸς γὰρ ἦν καὶ οὐ διέλιπε τὰ Ῥωμαίων ἀεὶ συγχέων πράγματα καὶ πόλεις καὶ χώρας τὰς μὲν αἱρῶν, τὰς δὲ ληϊζόμενος. τοῦτο πολλαπλῇ μεριζομένην τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπορίαν ἤνεγκε· πρῶτον μὲν, ὅτι περὶ πλείονος τὴν τοῦ Κράλη φι-

4. παρελέσθαι W.

primitur, cum manus velut ebriae sunt, nec mens adest, quae eas regat et rebus gerendis praesit. Verum cum pericula ipsa iam propulsata sunt, cum libera voluntas tempus ad consultandum habet, re perpensa, certo animi iudicio manum armare eique ius omne permittere, id vero animum vitiosum arguit, si quid secus quam oportet committatur.

9. Sub hoc tempus terrae motus maximus fuit, quo multae magnae aedes, multa etiam et magna templa partim corruerunt, partim dehiscentibus muris labefacta sunt. Corruit et Michaëlis Archangeli statua, quam Michaël Palaeologus ante aedem S. Apostolorum, cum Constantinopolin recepisset, columnae imposuerat. Eandem autem deinde filius eius Andronicus Imperator eodem habitu refecit et erexit. (II.) Insequuta aestate Eudocia Imperatoris soror Trapezunte in Urbem venit, marito eius Ioanne Lazo mortuo. Venit autem cum filio suo iuniore. Nam primogenitum Alexium ad paternum imperium administrandum domi reliquerat. Eudociae nuptias Crales Serviae per legatos ambiebat, ut perpetuum foedus cum Romanis sanciret. Erat enim potens, neque unquam Romanam rem turbare desistebat, partim occupando urbes, partim agros populando. Ea res in magnam dubitationem Imperatorem adduxit, primum quod Cralis amicitiam magni faciebat: deinde quod

λίαν ἐτίθετο· δεύτερον, ὅτι καὶ τὴν ἐκείνου συνάφειαν ἀποτρόπαιον ἡγεῖτο ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ Εὐδοκία καὶ οὐδ᾽ ἄκροις ὠσὶν ἀκούειν ἠνείχετο τῶν λεγόντων· τρίτον, ὅτι καὶ τέταρτον ἦν ὅπερ ᾔτει συνοικέσιον. τῇ γὰρ πρώτῃ, θυγατρὶ τοῦ τῆς Βλαχίας ἄρχοντος οὔσῃ, χρόνους τινὰς συνοικήσας εἶτα αὐτὴν μὲν ἀπέπεμψεν εἰς τὴν θρεψαμένην· ἠγάγετο δὲ τὴν γυναικαδέλφην τοῦ αὐταδέλφου τὸ μοναχικὸν αὐτὴν περιδύσας πρότερον σχῆμα. εἶτα τῆς τῶν Τριβαλλῶν ἐκκλησίας ἀνθισταμένης ἐπιπολὺ πρὸς B τὸ παράνομον, ἐκπέμπει καὶ ταύτην μετὰ πολὺν τὸν χρόνον. ἄγεται δὲ τὴν ἀδελφὴν τοῦ τῆς Βουλγαρίας ἄρχοντος Σφενδοσθλάβου, σύζυγον τρίτην αὐτήν. ἐπαιδοποίησε δὲ μετ᾽ οὐδεμιᾶς V. 103 τῶν τριῶν. ἤδη δὲ καὶ ταύτην ἀποστέρξας εὐγενεστέραν ἐζήτει συγγένειαν. (Γ.) Ἐπεὶ δ᾽ ἡ μὲν Εὐδοκία τὴν ἐκείνου συνοίκησιν ὅλαις προθέσεσι τῆς ψυχῆς ἀπηρνεῖτο, ὁ δ᾽ ἐκεῖθεν ἐμβρι- C θῶς ἐπέκειτο ζητῶν οὐ μικρὰς προστιθεὶς καὶ τὰς ἀπειλάς, ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς μηνύει τῷ Κράλῃ περὶ τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Σιμωνίδος, πέμπτον τῆς ἡλικίας ἀγούσης ἔτος, ἵν᾽ ὑπ᾽ ἐκείνῳ λαβόντι τρέφοιτο, μέχρις ἂν ἐς τὸν νομιζόμενον ἔλθῃ τοῦ γάμου χρόνον κἄπειτα εἴη σύζυγος αὐτῷ τοῦ λοιποῦ. ἔαρος οὖν ἐπιστάντος ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς δεσποίνης ὁμοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς ἐς Θεσσαλονίκην ἐπαγόμενος καὶ τὸν Πορφυρογέννητον δέ- D σμιον, δέει τοῦ μὴ διαδρᾶναι συνεργίαις μητρικαῖς. οὐ γὰρ διέλιπεν ἡ μήτηρ Θεοδώρα ἡ δέσποινα διηνεκῶς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀσχάλλουσα καὶ ζητοῦσα τὴν λύσιν αὐτοῦ. (Δ.) Ἥκει δ᾽ ἐκεῖ-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 125

17. ὑπ᾽ A., ἐπ᾽ W.

soror Eudocia illius coniugium abominabatur, et ne primoribus quidem auribus vocem eorum qui de illo loquerentur admittebat: tertio, quod quartum esset illud quod peteret coniugium. Nam cum prima uxore, Blachiae Principis filia, per annos aliquot vixerat; deinde ea in patriam remissa, sororem uxoris fratris sui, monastico prius habitu detracto, duxerat uxorem. Cum autem Triballorum Ecclesia illegitimis illis nuptiis diutius adversaretur, longo post tempore et illam ablegaverat, et Bulgariae Principis Sphendosthlavi sive Wenceslavi sororem sibi iunxerat, uxorem tertiam. Atque ex nulla harum trium uxorum liberos susceperat. Sed cum et huius amor refrixisset, illustriorem affinitatem quaerebat. (III.) Enimvero cum Eudocia matrimonium illud toto animo aversaretur, ille vero petitionem vehementer urgeret non parvis minis additis: coactus Imperator illi de Simonide filia sua significat, quintum iam annum agente, ut ab illo domi accepta aleretur, donec ad nubilem aetatem perveniret, ac deinde coniux esset. Appetente igitur vere, Imperator cum Imperatrice et cum filia Thessalonicam proficiscitur, in vinculis etiam Porphyrogenitum adducens, veritus ne matris opera elaberetur. Nam mater Theodora Imperatrix non desinebat quotidie ob filium quiritari et liberationem eius flagitare. (IV.) Eo-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

θεν καὶ ὁ Κράλης φέρων ὁμήρους τοὺς κατὰ γένος προὔχοντας υἱέας τῶν Τριβαλλῶν, φέρων δ' ὁμοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ Σφενδοσθλάβου πρὸς πίστωσιν τῶν σπονδῶν. ἣ δὴ καὶ μικρὸν ὕστερον πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν κομιζομένη μίγνυται E σαρκικῶς Μιχαὴλ ὁ Κουτρούλης, ὃς τοῦ βασιλέως γενόμενος ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς νῦν διετέλει χηρείαν ἄγων θανούσης ἐκείνης. μίγνυται μὲν οὖν τῇ ῥηθείσῃ λάθρα τὸ πρῶτον, ἔπειτα καὶ σύζυγον ἄγεται νόμιμον ἐς τοὐμφανές. καὶ ἵνα τἀν μέσῳ συντέμω, στεῤῥὰς καὶ μάλα βεβαίας ὁ Κράλης τὰς σπονδὰς ποιησάμενος καὶ οἷαι κατὰ γνώμην ἦσαν τοῦ βασιλέως, ἐπάνεισι τὴν Σιμωνίδα λαβὼν βρέφος οὖσαν τεσσαρακοντούτης τυγχάνων αὐτὸς καὶ τοῦ βασιλέως καὶ πενθεροῦ καθ' ἡλικίαν προήκων πέντε ἔτεσιν ἔγγιστα.

P. 126 ι'. Κατὰ δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος ἐς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανήκοντι τῷ βασιλεῖ πέμπουσί τινες τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Μασσαγετῶν λαθραίαν πρεσβείαν· Ἀλανοὺς ἡ κοινὴ τούτους καλεῖ διάλεκτος· οἳ δὴ καὶ Χριστιανοὶ τυγχάνοντες ἄνωθεν ἔπειτα τῇ βιαίᾳ χειρὶ τῶν Σκυθῶν ὑπαχθέντες σώμασι μὲν ἐδούλευσαν ἄκοντες, τὴν δὲ γνώμην αὐτονομίας ἀεὶ κατεβίβρωσκεν ἔφεσις καὶ τῶν ἀσεβῶν ἀλλοτρίωσις. πέμπουσιν οὖν χῶρον ἀρκοῦντα ζητοῦντες εἰς B οἴκησιν ὑπὲρ τὰς δέκα χιλιάδας αὐτῶν βουλομένων ἐλθεῖν πανοικὶ, εἴ γε βουλομένῳ εἴη καὶ βασιλεῖ, καὶ ἅμα συμμαχήσειν ὑπισχνούμενοι κατὰ τῶν Τούρκων ὅλαις χερσὶ, κραταιωθέντων ἤδη καὶ κατατρεχόντων ἀδεῶς καὶ πορθούντων ὅλην τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἀσίαν.

4. σαρκικῶς A., σωματικῶς W.

dem et Crales venit, obsides adducens secum principum Triballorum filios, item Sphendosthlavi sororem ad pacem confirmandam. Cum qua non multo post quam in urbem perducta erat, furtim consuevit Michaël Cutrules, qui uxorem duxerat sororem Imperatoris, eaque mortua viduus tunc erat. Cum ea inquam iste consuevit principio clam, deinde eandem palam uxorem duxit. Et ut rem in pauca conferam, Crales foedere sancito et probe ita ut Imperator volebat firmato domum discedit, secumque Simonidem infantulam abducit, ipse quadragenarius, et socero quinque circiter annos natu maior.

10. Sequente anno aliqui Massagetae ex iis qui ultra Istrum habitant (Alani vulgo dicuntur) clandestinam legationem ad Imperatorem cum in Urbem rediret mittunt: qui cum iam inde antiquitus Christiani essent, postea a Scythis per vim subacti, corporibus inviti serviebant: animis vero desiderio libertatis tabescebant, et impios abominabantur. Petunt igitur locum sufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominum, qui si Imperatori placuisset cum omni familia migraturi essent; unaque strenuam operam se contra Turcos velle navare promittunt, qui auctis viribus totam Romanorum Asiam impune incursabant ac populabantur. Ea legatio

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ παρὰ τοσοῦτον ἐφάνη τὰ τῆς πρεσβείας καθ' ἡδονὴν, παρόσον ἂν εἰ θεόθεν ἐτύγχανε κατιοῦσα καὶ τὰ κατὰ πάσης Ἀσίας μνηστευομένη τρόπαια. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ συμβᾶσαν ἐκείνην σύγχυσιν πάντας ἔλεγεν ὑποπτεύειν Ῥωμαίους καὶ μηδένα νομίζειν ὀρθὴν πρὸς αὐτὸν διασώζειν ὑπό- V. 104 ληψιν· C διὸ καὶ συμμαχίας ὑπερορίους ὠνειροπόλει νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὡς μὴ ὤφελεν. ἀποδοκιμαζομένων γὰρ ἁπάντων Ῥωμαίων, τὰ Ῥωμαίων ἐνόσησε πράγματα καὶ πρὸς ἐσχατιὰς κατηνέχθη κινδύνων, ὡς ἔμπροσθεν δηλωθήσεται. (B.) Τῆς μέντοι πρεσβείας οὕτως ἀσμένως δεχθείσης ἥκουσιν οἱ Μασσαγέται τέκνοις ἅμα καὶ γυναιξὶ χιλιάδες ὑπὲρ τὰς δέκα. ἐπεὶ δὲ ἔδει χρή- D ματα καὶ ἵππους καὶ ὅπλα τούτοις διδόναι, τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ δ' ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δ' ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. ἐντεῦθεν συχνοὶ καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ ἐξῄεσαν οἱ τὰς χώρας ἀργυρολογοῦντες· ηὖξον οἱ φορολόγοι τὰ τέλη· πᾶν ὅπλον καὶ πᾶς ἵππος ἠθροίζετο· ἠρευνῶντο κῶμαι, πόλεις, οἰκίαι τῶν μεγιστάνων, οἰκίαι τῶν ἐν στρατείαις κατειλεγμένων, ἀσκητήρια, δῆμοι, θέατρα, ἀγοραὶ, καὶ πάντες ἐδί- E δουν ἵππους καὶ χρήματα, ἄκοντές τε καὶ ὀλοφυρόμενοι, οὐκ εὐχὰς καὶ λόγους εὐφήμους, ἀλλὰ δάκρυα καὶ ἀρὰς παραπομποὺς ἐφοδίους τῷ νέῳ στρατῷ συνεκπέμποντες. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς Ἀσίαν διαβαίνουσιν ἐξ Εὐρώπης ἅμα τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ, αὐτοὶ μὲν P. 127 στρατοπεδεύουσι περὶ Μαγνησίαν· οἱ δὲ Τοῦρκοι τὰ πρῶτα περὶ τὰ ὄρη καὶ τὰς λόχμας ἀναχωροῦσι, τοῦτο δὴ τὸ σύνηθές σφισι ποιοῦντες, ἵν' ἐκεῖθεν αὐτοὶ ταῖς δυσχωρίαις φρουρούμενοι τὰ

tam grata Imperatori fuit, quam si divinitus missa totius Asiae debellandae spem afferret. Nam post illum Philanthropeni tumultum omnes sibi Romanos suspectos esse dicebat, ut nullum recte erga se affectum esse existimaret. Quapropter externa foedera noctu atque interdiu somniabat: quod utinam non fecisset. Nam cum Romani omnes improbarentur, Romana res laborare coepit, et in extremum discrimen est adducta, ut post explicabitur. (II.) Caeterum legatione tam cupide accepta Massagetae amplius decies mille cum uxoribus et liberis adveniunt. Cum autem eis et pecunia et equi et arma danda essent, ea partim ex Imperatorio fisco dabantur, partim e militaribus, partim e publicis privatisque pecuniis. Hinc multi et post alios alii proficiscebantur, qui tributa e provinciis colligerent, eaque publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur: perquirebantur pagi, urbes, aedes procerum, aedes militum, monasteria, populi, theatra, fora: et omnes dabant equos et pecunias inviti et lamentantes, non votis et bonis ominibus, sed lacrymis et diris novum exercitum prosequentes. Ex Europa in Asiam cum Michaële Imperatore transgressi circa Magnesiam castra posuerunt. Turci vero initio, ut solent, in montes et saltus se receperunt, ut inde praesidiis locorum tuti copias horum quantae et quales essent specu-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τούτων ὁρῶσι στρατεύματα ὁπόσα τε καὶ οἷα τυγχάνοιεν καὶ εἰ κατὰ στρατηγικὴν ἐμπειρίαν στρατοπεδεύοιεν. ἴσασι γὰρ ὡς πολλὰ τῶν οὐκ ὄντων ἡ φήμη κομίζει ταῖς ἀκοαῖς ὑπὲρ τὸ προσῆκον τὰ πράγματα αὔξουσα· ὅθεν περιϊόντες ἐσκόπουν, εἴτε κατὰ τὴν B φήμην ἀνεπιχείρητα εἴη τὰ πρὸς αὐτούς, εἴτε χρὴ δόλοις καὶ λόγοις αὐτοὺς Περσικοῖς περιελθεῖν καὶ κατατροπώσασθαι. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ ἴδοιεν τούτους ἀτάκτως ἐπὶ λείαν παρεξιόντας συχνά, καὶ γὰρ ἐληΐζοντο τὰ Ῥωμαίων αὐτοὶ μεῖζον ἢ κατ᾽ ἐχθρὸν προφανῆ, παρακατίασι τῶν ὀρῶν οἱ μαχιμώτατοι μετὰ τῆς συνήθους σφῶν ἐς τὰ πολέμια τάξεως μικρὸν μὲν πρῶτον ἔπειτα C πλεῖον· καὶ ἀεὶ μείζονι καὶ θαῤῥαλεωτέρᾳ χρώμενοι τῇ ὁρμῇ τῆς ἐφόδου δῆλοι ἦσαν τὰ τοῦ βασιλέως κυκλώσοντες στρατόπεδα. ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμειναν οὐδὲ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν βαρβάρων οἱ ἡμέτεροι, ἀλλ᾽ ἄραντες ἐκεῖθεν ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν καταμικρόν, κατόπιν τῶν βαρβάρων ἰόντων κἀκ τῶν ἔγγιστα παραστρατοπεδευόντων. οὐ γὰρ ὡς εἶχον πλήθους ἑώρων τοὺς βαρβάρους οἱ ἡμέτεροι· ἀλλὰ ταὐτὸν ἐπεπόνθεσαν ὑπὸ δειλίας, οἷον οἱ με- D θύοντες ὑπὸ οἴνου, οἱ οὐ τὰ ὄντα κατὰ φύσιν ὁρῶσιν, ἀλλ᾽ ἀνθ᾽ ἑτέρων ἕτερα οἴονται βλέπειν ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον πλείστης ὑγρότητος κυματουμένης τῆς ὄψεως καὶ οἱονεὶ κολυμβώσης ἐς τὰ φαινόμενα πλημμελῶς. τὰ γὰρ ἀδικίαν ἔχοντα προπορευομένην καὶ θράσος στρατόπεδα συγγενῆ φθορὰν αὐτόθεν καὶ κατάλυσιν ἐπιφέρονται· καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐπεισπεσεῖν, E αὐτοὶ πρότερον ὑπὸ δειλίας ἀνατρέπονται σφῶν αὐτῶν αὐτοὶ γινόμενοι πολέμιοι, τῆς δίκης ἄνωθεν κατὰ τὸ προσῆκον διδου-

12. κυκλώσαντες W.

larentur, scirentque an illi militarem in castris disciplinam observarent. Norant enim, famam multa quae haud essent nunciare, et in rebus augendis modum excedere. Itaque circumspiciebant, verumne esset quod ferebatur, non posse illos invadi: an vero dolis et insidiis Persicis circumveniendi et in fugam coniiciendi essent. (III.) Cum autem eos vidissent nullo ordine praedatum crebro exire, (Romanos enim agros magis populabantur, quam si aperti essent hostes) bellicosissimi Turcorum consueto ordine et disciplina militari de montibus descendunt, initio paululum, deinde longius, ac subinde maiore et confidentiore cum impetu: nec obscurum erat, eos castra Imperatoris circumdaturos. Verum nostri ne prima quidem hostium aggressione tolerata paulatim pedem referendo discesserunt, barbaris pone sequentibus, et castra in proximo constituentibus. Nostri enim quam multi essent barbari non videbant: sed idem illis ex metu accidebat quod ebriis qui non ea quae re ipsa sunt vident, sed pro aliis alia videre se putant, quia humore plurimo circa cerebrum collecto visus eorum turbidus existit, et ad res obiectas temere velut submersus fluctuat. Exercitus enim quos iniuria et audacia antecedit, ruinam sibi ipsis protinus et interitum asciscunt: et priusquam hostis irruat, ipsi sua timiditate evertuntur, ipsimet sibi hostes sunt,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

σης τῶν πραττομένων τὰ τέλη. οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς κατορθῶσαί τι τοὺς ἀρὰς καὶ δάκρυα λαβόντας ἐφόδια πρὸς τὴν ἔξοδον. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοὺς Μασσαγέτας φυγῇ χρησαμένους ἰδὼν καὶ μὴ δυνάμενος μετ᾽ ὀλίγων ἀντιστρατεύεσθαι τοῖς βαρβάροις φέρων ἐμβέβληκεν ἑαυτὸν ἐς ἀσφαλέστατον φρούριον τὴν Μαγνησίαν τῆς συμφορᾶς τὸ τέλος ἀποσκοπῶν. οἱ δὲ Μασσαγέται κατῄεσαν ἄχρι τοῦ Ἑλλησπόντου F πάντα ληϊζόμενοι τὰ Χριστιανῶν κἀκεῖθεν ἐς Εὐρώπην V. 105 διαπεραιοῦνται· ὥσπερ ἂν εἰ διὰ μόνον τουτὶ προσεκλήθησαν ἐκ Σκυθῶν, ἵνα τοῦ δέοντος πρωϊαίτερον τοὺς Τούρκους ἄχρι θαλάττης ὁδηγήσαιεν. οὐ γὰρ πολλαὶ μεταξὺ παρεληλύθεσαν ἡμέραι καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐς Βυζάντιον ἐπανῆκεν, οἱ δὲ βάρβαροι κατῄεσαν μικροῦ πάντα διαλαχόντες τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν Λεσβίαν παράλιον.

κʹ. Συνέβη δ᾽ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κινηθῆναι καὶ μάχην P. 128 μεταξὺ Γεννουιτῶν καὶ Βενετικῶν καὶ πλείστας μὲν ἀπολέσαι ναῦς καὶ χρήματα τοὺς Βενετικοὺς νικωμένους ἄλλοτε ἄλλοθι παρ᾽ ἐκείνων· ὀψὲ δ᾽ ἑβδομήκοντα παρασκευάσαντας ναῦς ἐλθεῖν κατὰ τουτωνὶ τῶν Γεννουιτῶν, οἳ τὴν οἴκησιν ἀντιπέραν ποιοῦνται τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ αὐτῶν μὲν μηδένα καταλαβεῖν· προμαθόντας γὰρ ἐκείνους γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῆς βασιλευούσης ἐντὸς ἀσφαλίσασθαι· αὐτοὺς δ᾽ ἐς τὰς αὐτῶν B τριήρεις ἐμβάντας φυγεῖν τοὺς διώκοντας, ἀποπλεύσαντας ἐς τὸν Εὔξεινον· ὡς ἐντεῦθεν μὴ καταλαβοῦσί σφισιν ἐκείνους ἐνταῦθα ἀναγκασθῆναι κάειν τάς τε οἰκίας ἐκείνων καὶ τὰς παρατυχούσας κενὰς ὁλκάδας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ σύν γε αὐταῖς καὶ τὰς Ῥω-

divina vindicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene gesturos esse eos, qui lacrymas et execrationes pro viatico secum abstulissent. Caeterum Imperator Massagetas fugisse cernens, quod cum paucis resistere barbaris non poterat, in munitissimum castellum Magnesiam, calamitatis exitum praestolaturus, sese coniecit. At Massagetae usque ad Hellespontum Christianorum agros populantes descenderunt, atque inde in Europam traiiciunt, non aliter quam si ea de causa duntaxat e Scythia arcessiti essent, ut Turcis maturius quam oporteret viam ad mare monstrarent. Nec enim multi dies intercesserunt, cum et Imperator Byzantium rediit, et barbari ingruentes omnia fere ad oram usque Lesbi inter se partiti occuparunt.

11. Hoc tempore bellum etiam inter Genuenses et Venetos exarsit: in quo Veneti multis navibus et pecuniis amissis alias alibi victi. Tandem septuaginta navibus instructis eos Genuenses qui e regione Constantinopolis habitant adorti sunt; sed neminem eorum ceperunt. Nam illi praecognito illorum adventu uxores, liberos, et opes suas intus Urbem concluserunt: ipsi vero suis triremibus conscensis in Euxinum pontum delati hostem persequentem fugerunt. Itaque Veneti, cum eos capere non possent, eo deinde redacti sunt, ut domos illorum et vacuas onerarias quae occurrebant incenderent, unaque cum eis Romanorum omnes aedes extra moenia:

A. M. 6791 ad 6836 Imp.Andron. Senioris.

μαίων ἐκτὸς τείχους οἰκίας ἁπάσας, ἀμυνόμενοι δεξαμένους γυ-
ναῖκας καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῶν ἐχθρῶν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ· ἀφ'
ὧν ὁρμηθέντας Ῥωμαίους τῶν τῆς βασιλευούσης ἐντὸς κατοι-
κούντων Βενετικῶν ἔστιν οὓς διασπαράξαι καὶ τὰ αὐτῶν ληΐ-
C σασθαι πάντα χρήματα. (Β.) Δι' ἃ δὴ καὶ ἐς τοὐπιὸν θέρος
ὀκτωκαίδεκα τριήρεις αὖθις ὁπλίσαντες οἱ Βενετικοὶ ἧκον τὴν γε-
νομένην ζημίαν ἀπαιτοῦντες παρὰ τοῦ βασιλέως. μηδὲ γὰρ εἶναί
φησι πρὸς τῆς νενομισμένης φιλίας τῷ προπεπονθέναι μεγάλα
ἀμυνομένους μέτρια τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστῆναι ζημίαν·
D προκατάρξαι γὰρ τῆς παρασπονδήσεως Ῥωμαίους, ταῖς τῶν ἀν-
τιπάλων γυναιξὶ καὶ παισὶ μετὰ τῶν χρημάτων ἐν τῇ τῆς μάχης
ἀκμῇ πᾶσαν καὶ παντοίαν περιποιησαμένους ἀσφάλειαν. τοῦ δὲ
βασιλέως μήτε λόγον εὔλογον ἔχειν τὴν ἀπαίτησιν ἀποκρινομένου,
μήτε ἁρμόττουσαν τύχῃ βασιλικῇ τὴν ἐπιτίμησιν κατὰ τῆς αὐ-
τῶν ἀναιδοῦς ἐπενεγκεῖν ἔχοντος τόλμης τῷ μὴ κεκτῆσθαι τριή-
ρεις ἀντιστρατευομένας (προαπολώλεσαν γάρ, ὡς εἰρήκειμεν),
E ἐς τοσοῦτον ἐξηνέχθησαν θράσους τῷ μάλα περιφρονεῖν τῶν Ῥω-
μαίων τὸ ἄνανδρον καὶ τοσαύτην προὐξένησαν τῇ Ῥωμαίων ἡγε-
μονίᾳ τὴν αἰσχύνην, ἐς ὅσον αἰσχυνοίμην ἂν αὐτὸς ἀφηγούμενος.
ὅπου γὰρ κατηναγκασμένα τῶν ἀτυχημάτων ἔπεισι τὰ αἴτια, λύ-
παις μὲν καὶ οὕτως ἔξεστι τὴν ψυχὴν κατατρύχειν· μετρίαις δ'
P. 129 οὖν ὅμως, ἐκεῖ τοῦ συνειδότος οὐδένα μαστιγοφόρον μετάμελον
ἔχοντος, ἀλλὰ θείαν τινὰ κρίσιν ἀποῤῥήτους τοὺς λόγους κρύ-
V. 106 πτουσαν ἡγουμένου τὸ πρᾶγμα. ἐνταῦθα δ' ἐξεπίτηδες καὶ οἷον
εἰπεῖν μετὰ τέχνης εἰς ἀνδραπόδων μοῖραν ἑκόντες ἔῤῥιψαν Ῥω-

13. ἄλογον A.

ulti eos, quod hostium uxores, liberos et opes in tuto collocassent. Unde factum, ut Romani adversus Venetos in Urbe habitantes concitati nonnullos discerperent, eorumque res diriperent. (II.) Qua de causa sequente aestate cum octodecim armatis triremibus Veneti advenerunt, damnum datum pensari ab Imperatore postulantes. Neque enim illud amicitiae ius esse, ut magnam iniuriam moderate ulti tandem extremo supplicio afficerentur. Romanos priores rupisse foedus: quod in ipso belli discrimine hostium uxoribus, liberis, pecuniis tutum asylum aperuissent. Sed cum Imperator postulationem illam aequam esse negaret, neque etiam pro maiestate Imperatoria impudentem illorum audaciam castigare auderet, quod triremes quas opponeret non habebat (nam quas habuerat, eae ut diximus perierant); eo confidentiae venerunt, cum infirmas Romanorum vires omnino contemnerent, ut id dedecus Romano Imperio impresserint, quod me vel referre pudeat. Nam cum alicui invito et coacto malorum causae existunt, dolere quidem fas est, sed moderate quoniam illic conscientia nullo poenitentiae verbere flagellatur, sed divinum illud iudicium credit, cuius idcirco rationes occultae et arcanae sint. Hic autem Romani de industria et data quodammodo opera ultro di-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

μαῖοι τὸ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀξίωμα, τὰς οἰκείας τριήρεις
τῆς θαλάττης γυμνώσαντες ἐλπίδος ἕνεκα κέρδους, ὃ μάλα βρα-
χύτατον ὂν μάλα μακράν τε καὶ πολυτάλαντον ἐγεώργησε τὴν ζη-
μίαν καὶ ταύτην πολλῷ μακρότερον ἔχουσαν τὸ τῆς αἰσχύνης
ἔγκλημα. οὐδὲ γὰρ ἦν ἂν οὔτε Λατίνους οὕτω κατὰ Ῥωμαίων B
θρασύνεσθαι, οὔτε ψάμμον θαλάσσης θεάσασθαι Τούρκους
ποτὲ, τῆς ναυτικῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως θαλαττοκρατούσης
ὡς πρότερον· οὐδ' ἐς τοῦτ' ἀνάγκης συνελαθῆναι Ῥωμαίους, ὥστε
μὴ μόνον ὁπόσα τῶν ἐθνῶν ὁμοροῦντα πεφύκασιν, ἀλλὰ καὶ
ὅσα ὡς πορρωτάτω τὴν δίαιταν ἐκληρώσαντο, οἷά τινα λίθον
φοβεῖσθαι Ταντάλειον ἀπὸ λεπτοῦ τινος μίτου μετεωριζόμενον C
ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ πᾶσιν ἀναγκάζεσθαι φόρον εἰσφέρειν ἐτήσιον,
καθάπερ Λυσάνδρῳ καὶ Δερκυλλίδᾳ καὶ τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος
ἁρμοσταῖς δασμὸν τὸν ἐτήσιον Ἀθηναῖοι πάλαι καὶ Βοιωτοὶ δυσ-
τυχήσαντες. (Γ.) Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. παρελθόντες μέντοι
ἐς τὸ Κέρας ἐπὶ τῶν τριήρων ὁπλοφοροῦντες οἱ Βενετικοὶ τῇ
πρὸς ἄρκτον προσέσχον παραλίᾳ ἀντικρὺ τῶν βασιλικῶν οἴκων·
κἀκεῖθεν πέμψαντες ἀπῄτουν τὰ χρήματα, ὁπόσοις τοὺς ἔνδον D
τῆς βασιλευούσης οἰκοῦντας Βενετικοὺς οὐδένα ἀδικήσαντας ἐζη-
μίωσαν· πλείω λαβεῖν παρ' ἀκόντων Ῥωμαίων ἀπειλοῦντες, εἰ
μὴ αὐτοί γε ἑκόντες ἀποδοῖεν ὁπόσα χρεών. ἐπεὶ δ' ἀποφάσκοντα
τὴν ἀπόδοσιν τὸν βασιλέα ἐγνώκεσαν, αὐτόθεν κατειρωνεύεσθαι
τὴν Ῥωμαίων ἤρξαντο δύναμιν· καὶ ὑφῆψαν εὐθὺς τάς τε ἀντι-
πέρας οἰκίας ἁπάσας κενὰς οὔσας τῶν ἐνοικούντων· φθάσαντες E

10. ὡς add. A.

gnitatem Imperii infra servilem conditionem abiecerunt, triremibus e mari sublatis ob spem lucri; quod cum perexiguum fuisset, diuturna et maxima detrimenta peperit, cum ignominia multo maiore coniuncta. Neque enim vel Latinis Romanos ita audacter despicere, vel Turcis arenam maris intueri aliquando licuisset, si Romana classis ut olim mare tenuisset: neque unquam in id discrimen res adductae fuissent, ut Romanis non tantum finitimae gentes sed etiam remotissimae, instar Tantalei cuiusdam saxi exiguo filo supra caput suspensi, formidandae essent, et omnibus annua tributa pendere cogerentur, quemadmodum Lysandro et Dercyllidae et Laconicis praefectis, quos Harmostas vocant, olim Athenienses et Boeoti clade accepta persolverunt. (III.) Sed illuc redeo. Veneti cum triremibus armati in sinum Ceratinum progressi ad septentrionale littus appulerunt e regione palatii: et inde legatis missis res repetebant, quascunque Venetis Urbem incolentibus Byzantini nulla ab ipsis iniuria affecti ademissent: se plura invitis Romanis erepturos minitantes, nisi sponte quod aequum esset redderent. Sed cum Imperatorem nolle res restituere intellexissent, illico Romanam potentiam per ludibrium contemnere coeperunt, et omnes aedes e regione Urbis sitas incenderunt vacuas habitatoribus. Nam ii adventu il-

A. M. 6791 ad 6836 A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

γὰρ ἐξῴκισαν ἐκεῖνοι σφᾶς αὐτοὺς ἐκεῖθεν· καὶ ἔτι ὁπόσα περὶ τὰς ἅλως ἀσταχύων δράγματα ἦσαν· τὸ δὲ ὥσπερ παιδιὰ καὶ χλεύη τις ἦν ἐκείνων κατὰ τοῦ βασιλέως. ξυμπέπτωκε γὰρ καὶ λεπτάς τινας αὔρας ἀπ' ἄρκτου πνεούσας τῇ τε φλογὶ διδόναι ῥοπὴν καὶ πλείστου καπνοῦ τὰ βασίλεια ἐμπιπλᾶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκεῖθεν ἄραντας ἔργον ἦν τὰς ὁθενδήποτε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσπλεούσας ὁλκάδας χειροῦσθαι καὶ τὰς ἐν τῇ Προπον- F τίδι νήσους ληΐζεσθαι παραπλέοντας καὶ οὐχ ὅπως ὅσα ἐν χρήμασιν ἦν συναθροίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ κεφαλῆς μετεωρίζοντας ἀπὸ τῆς κεραίας μαστίζειν πρὸ τῶν τῆς βασιλευούσης τειχῶν· ἵν' ὁρῶντες οἱ κατὰ γένος ἑκάστῳ προσήκοντες πολλὰ καταβάλλωσι χρήματα πρὸς ἐξώνησιν· καὶ οὕτω πλείω τῶν ζητουμένων οἱ Βενετικοὶ συλλεξάμενοι χρήματα ἀνεχώρησαν οἴκαδε.

P. 130 (Δ.) Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης ὁρῶν περιφρονούμενον ἑαυτὸν ἀμαθίας τε καὶ ἁπλότητος ἕνεκα καὶ ἀνακεκαλυμμένως παρὰ ἀρχιερέων ἔστιν ὧν λοιδορούμενον τῇ λύπῃ καὶ τῇ μικροψυχίᾳ νικᾶται καὶ δίδωσι φέρων τῷ βασιλεῖ τοῦ θρόνου παραίτησιν ἔγγρα- A. C. 1304 Possino. A. C. 1303 Mauritio David. φον, ἐπεὶ μὴ βούλοιτο ἐκδικεῖν. ὁ δὲ ἀπελθὼν ἡσύχασε μέχρι τινὸς παρὰ τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος, τῆς Παμμακαρίστου. ἔπειτ' ἀπῄει παρὰ τὴν θρεψαμένην, τὸ τῆς Σωζοπόλεως λέγω πολίχνιον· ἔνθα καὶ τὸ λεῖπον ἐν ἡσυχίᾳ τοῦ βίου παρήμειψεν.

1. ἔτι add. A. 21. λεῖπον A., λοιπὸν W.

lorum non expectato migrarant. Item manipulos frumenti, quotquot in areis erant, igne consumpserunt: quod non aliud fuit nisi ludibrium quoddam et subsannatio Imperatoris. Sic enim accidit, ut tenui aura a Septentrione aspirante flamma ventilaretur, et multo fumo regia compleretur. Postridie digressi in eo fuerunt occupati, ut onerarias in Urbem euntes interciperent, et e Propontidis insulis praedas adnavigando agerent: nec cumulandis opibus contenti viros etiam ex antennis capite deorsum verso suspensos ante Urbis muros flagellarent, ut cuiusque cognati spectantes illud captivos magno pretio redimerent. Ita Veneti maiore pecunia quam postularant conquisita domum redierunt. (IV.) Ioannes autem patriarcha cum se ob inscitiam et simplicitatem contemni cerneret, et manifestis conviciis a quibusdam pontificibus incessi, moerore et animi pusilli aegritudine victus scriptam offert Imperatori dignitatis suae abdicationem, quandoquidem opem sibi ferre nollet. Digressus aliquamdiu in sanctissimae Dei genitricis Pammacaristae monasterio solitariam vitam egit. Deinde in patriam Sozopolin oppidulum sese contulit, ibique aevi reliquum in solitudine exegit.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
## ΛΟΓΟΣ Ζ.

# NICEPHORI GREGORAE
## BYZANTINAE HISTORIAE
## LIBER SEPTIMUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων. Ὅπως διεμερίσαντο τὴν Ἀσίαν οἱ Τοῦρκοι. Δευτέρα ἀνάβασις Ἀθανασίου. Περὶ τοῦ Σικελικοῦ πολέμου τῶν ἐξ Ἰταλίας Λατίνων. Περὶ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείας τῶν Κατελάνων, ὧν ἦρχε Ῥοντζέριος. Περὶ τῶν δεινῶν, ὧν Κατελάνοι Ῥωμαίοις προὐξένησαν. Περὶ τῆς ἀναζεύξεως τῶν Κατελάνων ἐκ Φιλαδελφείας. Περὶ τοῦ φόνου Ῥοντζερίου τοῦ Καίσαρος, τοῦ τῶν Κατελάνων ἀρχηγοῦ. Περὶ τῆς τῶν Κατελάνων ἀποστασίας. Περὶ τῆς εἰς τοὺς Κατελάνους διαβάσεως συμμαχίας τῶν Τούρκων ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην. Περὶ τοῦ ἐν τοῖς Ἄπροις πολέμου τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μετὰ τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς κατ' ἀλλήλων μάχης τῶν στρατηγῶν τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης καὶ τῶν πρὸς βασιλέα σκανδάλων. Ἄξιον ἀκοῆς διήγημα. Περὶ τῶν Κατελάνων αὖθις. Περὶ διαιρέσεως τῶν Κατελάνων καὶ τῶν Τούρκων. Περὶ τῶν Κατελάνων μόνων. Περὶ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ πολέμου τῶν Κατελάνων. Περὶ τῆς εἰς δύο μέρη τῶν Τούρκων ἀπ' ἀλλήλων διαιρέσεως. Διάβασις ἐκ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην τοῦ Μιχαὴλ μετὰ τρισχιλίων Τούρκων. Πόλεμος τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ καὶ τῶν Τούρκων περὶ Χερσόνησον. Ἀθανασίου κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Νίφωνος. Περὶ τῶν τὴν Θρᾴκην ληϊζόντων Τούρκων. Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Τούρκων ἐν Θρᾴκῃ καὶ ἧττα τῶν Τούρκων. Ἑτοιμασία τειχομαχίας κατὰ τῶν Τούρκων. Ἧττα παντελὴς τῶν Τούρκων καὶ ἅλωσις. Νίφωνος κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος. Περὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου. Θάνατος τῆς βασιλίδος Εἰρήνης. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως διακρίσεως καὶ γνώμης. Περὶ τοῦ χαλκοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος τοῦ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας. Καταμέτρησις τοῦ ἀνδριάντος καὶ τοῦ ἵππου αὐτοῦ. Περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ εὑρεθέντος ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν παλατίῳ.

## ARGUMENTUM BOIVINI.

*Provinciae Asianae a Turcis occupantur. Earum partitio. Nomina Satraparum. Athanasius imminentem Dei iram praenunciat. Terrae motus. Imperator Athanasium prae caeteris patriarchatu dignum iudicat. Restituendum censet. Plurimi refragantur. Quidam obtemperant. Athanasius Constantinopolitanae ecclesiae iterum praeficitur. Patriarcha Alexandrinus fabellam Imperatori narrat et Athanasium notat (Cap. 1). Italiae rex Siciliae regem imparatum terra marique oppugnat. Variis cladibus afficit per biennium. Rogerius Catalanus; maris et insularum terror. Quas copias secum habuerit. A Siciliae rege arcessitur. Eius adventu urbes redeunt ad dominum legitimum. Italiae rex eas armis repetit. Re male gesta discedit. Bellum reparat. Vincitur. Pacem petit et affinitatem (2). Rogeriani milites, rebus Siciliae tranquillis, incerti quo se vertant. Byzantium eunt ab Andronico acciti; Catalani mille; Almugavari totidem. Honores Rogerio delati; item Berengario Entencae. Catalani in Asiam missi; hospites et socios vexant. Philadelphiam obsessam liberant. Episcopi Theolepti virtus. Asiae recuperandae occasio cur omissa. Romani et Alani domum revertuntur. Catalani stipendiis fraudati Romanas urbes hostili more pervadunt. Eorum crudelitas. Imperator ut haec tulerit. Rogerius ex Asia in Thraciam redit. Iuniorem Imperatorem adit. Stipendia persolvi postulat. Obtruncatur (3). Milites Romani, occiso Rogerio, cum Catalanis debellatum putant. Providentiae divinae decretis non resistendum. Malorum consiliorum malus exitus. Romanarum cladium causae. Catalani Calliupolin, caesis oppidanis, muniunt. Terra et mari bellum apparant. Mari vincuntur a Genuensibus. Berengarius, navarchus captus; deinde redemptus. Catalanorum consternatio. Omnia ipsis infesta. Tolerandae obsidioni se accingunt. Turcos auxilio arcessunt. Praedas agunt. Michaël Imperator in eos movet. Turcopulos et Massagetas secum ducit. Iuxta Apros castrametatur. Exercitum instruit. A Massagetis et Turcopulis deseritur. Turbatam aciem frustra conatur restituere. In hostes temere invectus vix evadit. Equitis fidelis virtus. Andronicus filium obiurgat, ut vitae prodigum. Romanorum fuga et clades. Turcopulorum ad Catalanos transitio. Catalanorum duces inter se dissident. Berengarius occiditur. Ximenes Byzantium se recipit. Ornatur Magni Ducis titulo, et affinitate Imperatoris. Massagetae in Scythiam transituri a Turcopulis et Catalanis profligantur (4). Imperatrix, privignum exosa, liberos suos conatur ei exaequare. Mos succedendi apud Latinos principes receptus. Andronici uxores duae: liberi sex. Andronicus uxoris petitioni refragatur. Haec virum fastidiis ulciscitur. Unde dissidium. Irene Thessalonicam secedit. Maritum traducit. Mulierum impudentia. Andronici lenitas. Irene filio suo Theodoro uxorem quaerit. Conditione ab Athenarum duce repudiata ad Spinulam itur. Latini nobiles Imperatorum Byzantinorum affinitatem vix dignantur. Irenes genus. Marchionum dignitas. Digressio de dignitatum titulis. Marchionum Longobardorum provincia. Theodorus eo mittitur. Multas opes secum transfert. Ioannes, alter Irenes filius, Nicephori Chumni filiam uxorem accipit. Sine liberis decedit. Irenes profusa liberalitas erga Cralem generum. Spes delusae. Cralis uxor cur sterilis. Crales, Irene urgente, successorem sibi designat, primo Demetrium; deinde Theodorum Marchionem, uxoris suae fratres. Neuter in Triballia assuescit (5). Catalani Thraciam vastant. Locum quaerunt, in quo consistant. Quantae eorum copiae fuerint. In Macedonia apud Cassandriam hibernant. Urbibus Macedonicis imminent: in primis Thessalonicae. Andronicus Christopolitanas angustias munit. Milites conscribi curat, qui urbes defendant. Hostes commeatu destituti reditum in Thraciam parant. Audiunt*

*praeclusum sibi iter. In magno metu versantur. Thessaliam petunt. Iuxta Olympum castrametantur. Agros finitimos populantur. Qui et quot Turci fuerint in exercitu Catalanorum. Quos duces habuerint. Ut in itinere Thessalico praedam partiti discesserint a Catalanis* (6). *Catalani Turcis dimissis in Thessaliam irrumpunt. Principum Sebastocratorum haeres ultimus morti vicinus. Eius uxor. Liberi ex ea nulli. Thessali Catalanos sibi conciliare amicitia statuunt. Catalani Thessalorum pecuniam et societatem incertae spei praeferunt. Superatis Thermopylis iuxta Cephissum castra ponunt. Cephissi cursus. Athenarum princeps Catalanis transitum negat. Eosdem contemnit. Catalanorum vires. Callidum strategema. Atheniensis exercitus numerosus in limum impingit. Internecione deletur. Catalani Thebas et Athenas capiunt. In iis locis considunt* (7). *Turci relictis Catalanis suos duces sequuntur. Melecus recipit se ad Cralem. Chalel in Macedonia subsistit. Pacem offert Romanis. Pacis conditiones. Magnus stratopedarcha Turcos ad Hellespontum perducit. Romani fidem violant. Turci castellum occupant. Auxilia arcessunt. Regionem vastant. Michaël Imperator ad eos debellandos evocatur. Militum rusticanorum temeritas. Romanorum socordia. Barbari sibi et rebus suis optime consulunt. Vexillum Imperatorium adoriuntur. Imperator a militibus destituitur. Flebilis et invitus discedit. Duces resistunt. Ab hostibus capiuntur. Imperii insignia direpta et ludibrio habita* (8). *Athanasii patriarchae altera secessio. Secessionis causa. Nipho in eius locum succedit, vir illiteratus. Eius studia et malae artes. Uno hoc laudandus, quod Arseniatas ad communionem admiserit. Arseniatarum petitiones. Quinam ex his schisma renovaverint* (9). *Turci Thraciam vastant. Imperator mercenarios milites peregre accire statuit. Fisci inopia. Petitum a Crale auxilium. Philes Palaeologus Turcicum sibi bellum deposcit. Eius elogium. Ab Andronico ob innocentiam vitae laudatus postulata impetrat. Militum animos sibi mancipat. Hostium consiliis per exploratores cognitis legiones educit. Apud Xerogypsum fluvium castra ponit. Turcorum adventus. Pugnae apparatus. Ut aciem inclinatam Philes restituerit. Barbarorum strages. Romani instant fugientibus. In Chersoneso castrametantur. Imperatoriae triremes Hellespontum obstruunt. Auxilia Romanis a Crale et a Latinis missa. Turcici praesidii oppugnatio. Latinorum machinae. Barbari nocturnis eruptionibus frustra tentatis spem salutis abiiciunt. Se et sua omnia Latinis dedunt. Multi per noctem a Romanis intercepti et trucidati. De caeteris quid actum sit a Latinis* (10). *Niphoni ob sacrilegia expulso Ioannes Glycys laicus in patriarchatum succedit. Huius elogium. Cur habitum monasticum non induerit. Gregoras iuvenis. Eloquentiae studiosus. Glyceos auditor assiduus. Theodori Metochitae auctoritas. Filia Ioanni Panhypersebasto nupta. Laus Metochitae. Animi et corporis dotes. Summa eruditio. Dicendi genus. Ut litterarum studium cum rei publicae administratione coniunxerit* (11). *Irenes Imperatricis obitus. Sepultura. De eius pecuniis quid actum sit. S. Sophiae templum ruinam minatur. Duabus pyramidibus exstructis fulcitur. Andronicus mavult vetera aedificia instaurare, quam nova exstruere. Eius modestia laudatur. Templa ab eo restituta. Eiusdem opera alia publica. De columna, statua et cruce in vestibulo templi S. Sophiae erectis. Crux deiecta reponitur. Caetera longo tempore labefacta renovantur. Statuae dimensio. Item crucis et globi* (12). *Andronico iuniori uxor datur Irene Alemana. Michaël Imperator Thessalonicam abit. Abeundi causa. Ibidem moritur. Oraculum de eius morte. De rebus Thessalicis repetuntur ea, quae iam dicta fuerant. Ioannis Ducae sine liberis defuncti provinciae et urbes distractae. Quaedam Romano Imperio adiectae. Caeteris poenae a Synodo frustra indictae* (13).

A. M. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐκ τῆς ἕω τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνεῤ-
6791 ad ῥάγη πελάγη, καθάπερ μυρίων πνευμάτων ἐξαίφνης ὁμοῦ συῤ-
6836 ῥαγέντων καὶ πάντ᾽ ἄνω καὶ κάτω ἐλαυνόντων καὶ συγκυκώντων.
Imp. Andron. Senioris. ἐπεὶ γὰρ ἔρημα στρατευμάτων τὰ πρὸς ἕω τῆς Ῥωμαίων ἡγεμο-
V. 107 νίας ἐλείπετο, συνασπισμὸν οἱ τῶν Τούρκων σατράπαι ποιή-
B σαντες πάντα κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἁπάσης καὶ πρὸς
C αὐταῖς ἤδη ταῖς ἀκταῖς μετοικήσαντες· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι
τῶν τε ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ νηπίων, καὶ ὅσα ἐν
κτήνεσι καὶ ὅσα ἐν χρήμασιν ἦσαν, ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων
ἄρτι αἰχμὴν ἐγεγόνεισαν. ὅσοι δ᾽ ἔλαθον διαδράντες, οἱ μὲν ἐς
τὰς ἔγγιστα πόλεις κατέφυγον, οἱ δὲ καὶ ἐς Θρᾴκην ἄσκευοι καὶ
γυμνοὶ τῶν προσόντων διέβησαν. ἐς δὲ ξυμφωνίαν ἤδη ἐληλυθό-
τες οἱ Τοῦρκοι κλήρῳ διέλαχον πᾶσαν, ὁπόση τῆς τῶν Ῥωμαίων
D ἡγεμονίας ἐτύγχανε γῆ κατὰ τὴν Ἀσίαν. κατέσχον οὖν, ὁ μὲν
Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας καὶ ἔτι
τὰ μέχρι Φιλαδελφείας καὶ τῶν ἔγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ
Μαίανδρον τὸν ποταμὸν Ἀντιοχείας· τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρ-
P. 131 νης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος, ὄνομα Σαρχάνης.
τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὑφεί-
λετο σατράπης ἕτερος, ὄνομα Σασάν· τὰ δ᾽ ἀπὸ Λυδίας καὶ
Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ,τε Καλάμης
λεγόμενος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον
B καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἑξῆς ἕτερος, ὄνομα Ἀτμᾶν· τὰ δ᾽ ἀπὸ τοῦ

3. συνελαυνόντων A. 16. Φιλαδελφείας A., Φιλαδελφίας W.

1. Sub hoc tempus ex Oriente maximi calamitatum fluctus exundarunt, perinde ac si infiniti ventorum turbines repente confligerent et omnia sursum deorsum agerent ac permiscerent. Nam cum Imperii Romani orientales tractus militaribus copiis destituti essent, Turcorum satrapae sociatis viribus omnia usque ad mare universum incursare, et in ipsis iam littoribus colonias constituere coeperunt. Et maxima quidem pars virorum simul et mulierum, item infantes, iumenta, pecuniae, in hostium potestatem concessere. Qui vero clam evaserant, eorum alii in proximas urbes confugerunt, alii inopes et suis rebus spoliati in Thraciam traiecerunt. At Turci iam inita concordia omnes quae in Asia erant Romanae ditionis provincias sorte distribuerunt. Carmano Alisurio maior Phrygiae mediterraneae pars obvenit: item quaecunque ad Philadelphiam et ad proxima quaeque loca pertinent ab Antiochia usque urbe, quae ad Maeandrum fluvium sita est. Quicquid inde est Smyrnam usque et ad eam quae interiacet maritimam Ioniae oram, Sarchani cuidam obtigit. Nam Magnesiam, Prienen, et Ephesum alius, nomine Sasan, iam interceperat. A Lydia et Aeolia usque ad Mysiam Hellesponto adiacentem Calames et filius eius Carases obtinebant. Quae circa Olympum sunt, et omnem inde Bithyniam Atman.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως ἐς τοὺς Ἀμουρίου διέβησαν παῖδας. (Β.) Τὸ μέντοι ἑξῆς ἔτος φασὶ διαμηνύσασθαι λάθρα τῷ βασιλεῖ τὸν πρὸ τοῦ Ἰωάννου πατριαρχεύσαντα καὶ παραιτησάμενον Ἀθανάσιον θείαν προβλέπειν ὀργὴν κατὰ τῶν Ῥωμαίων παρακελεύσασθαί τε αὐτὸν ὁλονύκτοις δεήσεσι χρήσασθαι πρὸς θεὸν ἄχρι καὶ ἐς τρίτην ἡμέραν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένου σεισμοῦ τοῦτον εἶναι, φάναι τὸν βασιλέα, τὴν προειρημένην Ἀθανασίῳ θεομηνίαν· ἰσχυρίζεσθαί τε λοιπὸν, C ὡς οὐχ ἕτερος ἄξιος μᾶλλον αὐτοῦ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεληλυθέναι θρόνον· μηδὲ γὰρ ἂν βλέπειν τὰ ἔμπροσθεν ἄνευ θειοτέρας ἐλλάμψεως· πεπεῖσθαί τε τοὺς πολεμίους ὡς ποῤῥωτάτω γενέσθαι τῶν ὅρων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἅμα τῷ τοῦτον ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβῆναι θρόνον καὶ γενέσθαι, οἷον εἰπεῖν, ἔαρ μετὰ χειμῶνα καὶ γαλήνην μετὰ κλύδωνα καὶ ῥᾷστα πλατυν- V. 108 θῆναι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ σχοινίσματα. (Γ.) Τοῦ- D το μικροῦ πάντας ἀρχιερέας καὶ ἱερέας, καὶ ὅσοι ἀσκητηρίων ἔτυχον προεδρεύοντες, καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου, καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν, ὅσοι τῶν ἀγορανομούντων καὶ δημόσια δή τινα ἐγκεχειρισμένων ἦσαν πράγματα, ἀναμνησθέντας τῆς πάλαι πνευματικῆς βαρύτητος τοῦ ἀνδρὸς οὐ μικρῶς διετάραξεν· ὥστε καὶ δημηγοροῦντι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ σεισμοῦ καὶ τῆς Ἀθανασίου προῤῥή- E σεως πιστεύειν οὐκ εἶχον, ἀλλ' ὑπεψιθύριζον, ὡς ποθῶν ἐκεῖνον ἐνδοξότερον καθιστᾷν πλάττει καὶ χαρίζεται ψευδῆ ταυτηνὶ

1. μεμερισμένοις A. 17. πολλοῦ A., πολλῷ W. 18. δημόσια A., δημοσίᾳ W. 19. πνευματικῆς add. A.

A flumine Sangario ad Paphlagoniam Amurii liberi inter se partiti sunt. (II.) Sequente anno dicunt Athanasium, qui patriarchatum ante Ioannem tenuerat et abdicaverat, Imperatori clam nunciasse, praevidere se impendentem Romanis divinam indignationem: hortatumque esse, ut tribus perpetuis noctibus Deum deprecaretur. Cum autem postridie terrae motus factus esset, dixisse Imperatorem, eam esse praedictam ab Athanasio numinis indignationem: ac post affirmasse, neminem patriarchico solio digniorem esse. Neque enim nisi divinitus illustratum futura praevisurum fuisse: persuasumque habere, cum primum is in patriarchalem sedem restitutus foret, hostes quam longissime ab Imperii Romani finibus recessuros, futurumque ut ver hiemi, serenitas tempestati succederet, et Romanae ditionis limites facile propagarentur. (III.) Ea res fere omnes pontifices et sacerdotes, omnes monasteriorum praepositos, clericos omnes, et universos paene dixerim aedilitiorum munerum aliorumque negotiorum publicorum administratores, viri severitatem recordatos, haud mediocriter perturbavit. Itaque Imperatori de terrae motu et vaticinatione Athanasii concionanti fidem habere non poterant: sed submurmurabant, quod illius magnificandi studio ea confingeret, et falsam illi auctoritatem conciliaret, ut

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τὴν δόξαν αὐτῷ, ἵν' εὐπαράδεκτος καὶ ὁ τούτου πρὸς ἐκεῖνον δοκοίη πόθος. δεξιώσεσι δ' οὖν ὅμως καὶ λόγοις πειθοῦς ὁ βασιλεὺς ἔστιν οὓς τῶν τε ἀρχιερέων καὶ μοναζόντων περιελθὼν ἰδίους τῷ ἑαυτοῦ ἐπεποιήκει βουλήματι· μεθ' ὧν πεζῇ καὶ βάδην ἄπει- F σι παρὰ τὴν τοῦ Ἀθανασίου καταγωγὴν τὴν περὶ τὸν Ξηρόλοφον· καὶ ὁμιλήσας αὐτῷ τὰ εἰκότα περὶ τοῦ θρόνου ἔπεισε καὶ τὰ πατριαρχικὰ περιθέσθαι σύμβολα. μηδὲ γὰρ δεῖσθαι φάναι χειροθεσίας ἑτέρας, καὶ ὅσοι περὶ αὐτὴν κρότοι καὶ θρίαμβοι, πάλαι ταύτην εἰληφότα βεβαίως, εἰ καὶ λύπης ἕνεκα μεταξὺ ταύτην ἔδοξεν ἀποθέσθαι. τούτων οὕτω γενομένων ἄνεισιν ἑβδομαῖος ἐς τὸν
P. 132 πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος θρόνον. (Δ.) Ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας ὁ πατριάρχης, σεμνὸς ἀνὴρ καὶ συνέσει λογισμῶν τὰ ἤθη κοσμῶν· ὡς ἐντεῦθεν πολλὴν τὴν αἰδῶ καὶ εὐμένειαν πρὸς τοῦ βασιλέως πορίζεσθαι. οὗτος ὁρῶν τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὸν πατριάρχην Ἀθανάσιον φλεγμαίνουσαν σχέσιν καὶ ἀκούων ἀεὶ διὰ θαύματος μεγάλων ἐπαίνων τὸ ἐκείνου τιθέμενον ὄνομα καὶ ἴσον B τῷ θειοτάτῳ τὴν ἀρετὴν Χρυσοστόμῳ προθέσεσιν ὅλαις τῆς γνώμης τοῦτον ἀποφαινόμενον, μάλα τοι χαριέντως τῆς τοῦ βασιλέως καθήψατο γλώττης καί, οἷον εἰπεῖν, τῆς ἐν οὐ καιρῷ φιλοτιμίας οὑτωσί πως εἰπών· „ἦν τις ἀνὴρ τὴν τέχνην σκυτεὺς γαλῆν ἔχων τὸ χρῶμα λευκήν, ἣ τῶν κατ' οἶκον μυῶν καθ' ἡμέραν ἐθήρευεν ἕνα. αὕτη λαθοῦσά ποτε κατὰ μέσην κρημνίζεται τὴν λε-

8. Pro verbis *καὶ ὅσοι — θρόνον* A. habet, *ἐκ πολλοῦ κεκτημένον. καὶ οὕτως εἰς τὸν πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος αὖθις ἀναβαίνει θρόνον.* 11. Totam hanc sectionem om. A. Vid. Notas.

sui desiderii probabilem habere causam videretur. Sed tamen blandimentis et verbis ad persuadendum accommodatis Imperator quosdam e pontificibus et monachis circumventos in suas partes pellexit, cum quibus pedes ad Athanasii cellam circa Xerolophum abiit; et apud illum quae dicenda erant de patriarchatu locutus persuasit, ut illius dignitatis insignia reciperet. Neque enim alia manuum impositione, plausuve et triumphis ad eam pertinentibus, opus esse, cum ea illi iampridem abunde contigisset, quamvis interim eam ex moerore repudiasset. His ita gestis septimo die Athanasius in patriarchicum solium redit. (IV.) Tum autem forte in Urbe versabatur Aegyptiacae Alexandriae patriarcha, vir gravis, cuius mores solertia ipsa ingenii ornabat: quas ob res eum Imperator plurimum reverebatur et diligebat. Is cum inflammatum Imperatoris studium erga Athanasium videret, audiretque eum illius nomen magnis laudibus ad miraculum usque extollentem, adeo ut cum toto animi affectu divo Chrysostomo aequipararet, festive admodum magniloquentiam et intempestivum eius studium taxavit his fere verbis: „Erat," inquit, „sutor quidam, qui felem albam habebat, unum quotidie murem domi capere solitam: quae aliquando per imprudentiam in

κάνην, ἐν ᾗ τὸ τὰ σκύτη μελαῖνον ὁ σκυτεὺς ἐκεῖνος εἶχεν ὑγρὸν, A. C.
καὶ μόλις ἐκεῖθεν ἄνεισι μέλαν ἔχουσα χρῶμα. ἔδοξεν οὖν τοῖς 1282 ad
μυσὶν, ἐκείνην ἴσως μηκέτι κρεωφαγεῖν ἐθελήσειν εἰς μοναδικὸν 1328
ἑαυτὴν μεταμείψασαν σχῆμα. ὅθεν καὶ ἀδεῶς ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἔδος Imp. Andron. Senioris.
ἐφήπλωσαν ῥινηλατοῦντες ἄνω καὶ κάτω οἷς τραφήσονται· ἀλλ' C
ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ἄγρας παρελθοῦσα θέατρον πάντας μὲν
ὁμοῦ σαγηνεύειν οὐκ εἶχε καὶ μάλα ἐθέλουσα· δύο δ' οὖν ὅμως
συλλαβοῦσα κατεθοινήσατο. οἱ δ' ἕτεροι πάντες ᾤχοντο φεύγον- D
τές τε καὶ ἅμα θαυμάζοντες, ὅπως ἀπηνεστέρα γέγονεν, ἀφ' οὗ
τὸ μοναδικὸν περιέθετο σχῆμα. δέδοικα τοίνυν," φησὶ, „μὴ
καὶ Ἀθανάσιος οὗτος ἤδη τῶν προῤῥήσεων γέρας πατριαρχικὸν
εἰληφὼς θρόνον ἀποκρύψῃ τὴν προτέραν ἐκείνην σκληρότητα τῇ
τῆς ὑστέρας ὑπερβολῇ διὰ τὴν ἐντεῦθεν οἴησιν."

β'. Κατὰ μέντοι γε τούτους τοὺς χρόνους συνέπεσε πολεμεῖν V. 109
ἀλλήλοις ἄμφω τοὺς ῥῆγας, Κάρουλόν τε τὸν τῆς Ἰταλίας καὶ Θευ- E
δέριχον τὸν τῆς Σικελίας. νῆσος δ' ἡ Σικελία μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, μιλίοις οὐ πλέον ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου τριάκοντα, εἴ τις ἐθέλοι μετρεῖν τὸ ἀπὸ Σκυλλαίου τοῦ παραλίου τῆς Ἰταλίας ἄκρου μέχρι Μεσήνης τῆς πόλεως, παραλίου καὶ ταύτης οὔσης
Σικελίας τῆς νήσου. ὁ μὲν οὖν Κάρουλος ποθῶν ἐκ πολλοῦ τὴν P. 133
Σικελίαν ὑποχείριον θέσθαι καὶ διὰ μελέτης ποιούμενος τοῦτο μακρὰς λάθρα ἐναυπήγησε ναῦς καὶ τἄλλα παρεσκεύαζεν, ὡς

14. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον πολεμεῖν ἀλλήλοις ἄμφω ξυνεπεπτώκει τοὺς ῥῆγας A. 15. τῆς ante Ἰταλίας et Σικελίας om. A. 17. σταδίους ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου σλ' A. Vid. Notas. 21. τοῦτο μακρᾶς, λάθρα ἐναυπηγεῖτο· καὶ τ' ἄλλα A. Vid. Notas.

medium vas incidit, in quo sutor ille atramentum habebat, tingendis coriis destinatum, unde et vix eluctata tota nigra evasit. Ac mures quidem opinabantur eam, monastico habitu sumpto mutatam, non commissuram esse deinceps, ut carnibus vesceretur. Itaque metu posito per pavimentum dispersi odorari et vestigare coeperunt ea quibus alerentur. Illa vero cum prodiisset, et tantam praedam oculis suis obversari vidisset, omnes simul comprehendere admodum cupiens haudquaquam poterat; attamen duobus comprehensis epulata est. Reliqui omnes fuga salutem quaesiverunt, admirantes, quo pacto sumpto monastico habitu crudelior evasisset. Vereor igitur," inquit, „ne et Athanasius hic, praedictionum praemium sedem patriarchicam iamnunc consequutus, priorem illam asperitatem posteriore multo maiore deleat, sumpta inde superbia elatus."

2. His temporibus Carolus Italiae et Theodoricus Siciliae Rex bellum inter se gesserunt. Est autem Sicilia magna et populosa insula, milliaribus non amplius triginta a continente distans: si quis fretum, quod inter Scyllaeum Italiae promontorium et Messanam Siciliae maritimam urbem interfluit, metiatur. Carolus igitur, qui iampridem Siciliae potiri cupiebat, et id consilium animo agitabat, clam naves longas aedificat: caeteraque ad

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

4. λυπουμένη καὶ ἀπολεγομένη et infra ἀκκιζομένη καὶ θρυπτομένη et ἀπεμπολῶσα A., λυπουμένης καὶ ἀπολεγομένης et ἀκκιζομένης καὶ θρυπτομένης et ἀπεμπολούσης W.

esse violari iura Imperii, quae multis iam saeculis stabilita et confirmata essent, illa ira inflammabatur, et habitu gestuque apud maritum varia et multiplex erat; nunc moerens, seque vitae pertaesam dicens, nisi filios viva Imperatoriis insignibus ornatos videret: nunc fastidiosa et superbe delicata, ac formae usuram marito quasi nundinans, venalemque ea lege copiam sui faciens, ut sua de filiis consilia eius consensu approbarentur. Quae cum saepe nemine alio conscio fierent, ab Imperatore perpetuo ferri non poterant. Itaque ardor ille amoris iam paulatim languescebat; et acris contentio, sed plerisque ignota, succedebat. Tandem etiam eiusdem thori consuetudinem perosus est. (III.) At Irene uxor praeter expectationem tam cito spe sua frustrata hostili in maritum odio exarsit. Cum itaque ulcisci illum cuperet, et aliter non posset, Thessalonicam abiit, Imperatore non admodum volente: quippe qui vereretur, ne mala domestica vulgo innotescerent. Illa autem eo magis cupiens Imperatorem pudore afficere coepit eius peccata sibi cum illo communia eaque occulta diffamare, id solum cavens, ne in publico et pro concione illa proferret; ad aurem vero et viris et mulieribus, quibus maxime fidebat, eadem occinere gestiens abs-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ριάδειν, πρὸς τοῦτο δὲ καὶ μάλα ἀφειδῶς εἶχεν ἡ πολλὴν σχη-
ματιζομένη σεμνότητα. ὑβριοπαθοῦσα γὰρ καὶ μαινομένη καὶ
κατεπαιρομένη τῆς ἐκείνου πραότητος καὶ μήτε θεὸν φοβουμένη,
μήτ' ἀνθρώπους αἰδουμένη, πολλὰ τῆς φύσεως ἐξεφαύλισεν
F ἀπόῤῥητα τοῦ συζύγου τε καὶ ἑαυτῆς ἡ πάντολμός τε καὶ ἀναι-
δὴς, ἃ κἂν ἠρυθρίασε λέγουσα καὶ ἡ τῶν ἑταιρίδων ἀσελγεστά-
τη. καὶ νῦν μὲν ἄλλον κατ' ἄλλο μέρος τῶν μοναζόντων ἀπο-
λαμβάνουσα κατηγόρει τοῦ ἀνδρὸς, ὁπόσα ἐβούλετο· νῦν δὲ
πρὸς τὰς εἰσιούσας τῶν εὐγενῶν ταῦτά τε καὶ πλείω τούτων ἐξ-
ήγγελλε· νῦν δὲ πρὸς τὸν Κράλην Σερβίας τὸν ἐπὶ θυγατρὶ γαμ-
βρὸν ἔγραφεν, ὅσα οὐδὲ λέγειν χρεὼν, πανταχόθεν ἑαυτῇ μὲν
P. 145 περιποιουμένη τιμὴν καὶ σωφροσύνην, τῷ δὲ συζύγῳ πᾶσαν
ὕβριν μηχανωμένη. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐρίπιστον ὡς γνώμη γυ-
ναικὸς, οὐδέ γε προχειρότερον εἰς τὸ πιθανὰς συνθεῖναι διαβο-
λὰς καὶ συκοφαντίας καὶ τὰ οἰκεῖα κακὰ περιτρέψαι τοῖς ἀνεγκλή-
τοις. ἂν μισῆται, μισεῖν ὑποκρίνεται· ἂν ἐρᾷ, ἐρᾶσθαί φησιν· ἂν
κλέπτῃ, κλέπτεσθαι λέγει. καὶ ζητεῖσθαι μὲν φάσκει, βδελύττεσθαι
δὲ διὰ σωφροσύνην· καὶ ἐπὶ τούτοις ἐγκαλλωπίζεσθαί τε καὶ θρύ-
B πτεσθαι οὐκ αἰδεῖται, οὐδὲ δυσωπεῖται τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' εὐδιά-
βολα τὰ τοιαῦτα εἰδυῖα καὶ ἥδιστα ἀκοαῖς ἀκολάστοις κώδωνος
ὀξυτέραν προτείνει γλῶτταν· καὶ ἐπιορκοῦσα παῤῥησιάζεται καὶ
μίγνυσι γῆν οὐρανῷ. ἂν δὲ καὶ γένει καὶ ἐξουσίᾳ προέχῃ, ἃ τοὺς
ἐλέγχους τῶν ἐγκλημάτων πόῤῥωθεν ὅπως ποτὲ ἀποκρούονται,
τότ' εὐμενοῦς δεῖ θεοῦ καὶ θαλάσσης μεγάλης, ἀποπλῦναι τὰς

5. **πάντολμός A., παντάτολμός W.** 18. **τε add. A.**

que ulla verecundia, cum alioqui magnam gravitatem simularet. Indignabunda videlicet, furens, lenitati illius insultans, ac neque Deum timens, neque homines reverita, multa coniugis et suae ipsius naturae arcana audax atque impudens mulier retegebat, quae vel impudicissimum scortum sine rubore haud diceret. Nunc apud monachos, alium alibi secum privatim assumens, maritum prout libebat criminabatur. Nunc apud nobiles matronas, a quibus adibatur, eadem et plura recensebat. Nunc ad Cralem Serviae, generum suum, ea scribebat, quae vel dicere nefas est, honorem sibi undecunque et pudicitiae laudem asserendo, maritum vero omnibus contumeliis afficiendo. Nihil enim concitatius est muliebri animo, nihil aeque promptum ad probabiles criminationes calumniasque confingendas et sua mala in insontes conferenda. Cum odio est mulier, simulat se odisse: cum amat, amari dicit: cum furatur, se compilari queritur. Ac expeti quidem se profitetur, sed ea esse modestia ut amatorem execretur: et huiusmodi rebus gloriari et superbire non dubitat, nihil verita ne coarguatur. Immo cum talia crimina facile fingi et iucunda petulantium hominum auribus esse norit, tintinnabulo sonantiorem linguam exerit, audacterque peierat, coelumque terrae miscet. Quod si nobilitate et potentia eminet, quae res indicium omne longe submovent, quo peccata convinci possint, tum propitio Deo est opus, et ma-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ὕβρεις τε καὶ συκοφαντίας τὸν ἄθλιον, καθ᾽ οὗ τὴν γλῶσσαν ἡ πονηρὰ κεκίνηκεν. (Δ.) Ὁ δὲ βασιλεὺς πρᾶός τε ὢν καὶ ἄλλως δειλιῶν τήν τε γλῶσσαν αὐτῆς καὶ τό γε μεῖζον, μὴ τὸν ἑαυτῆς ἐκπολεμώσῃ γαμβρὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων, λέγω δὴ τὸν Κράλην Σερβίας, παντοῖος ἦν θεραπεύων αὐτὴν καὶ πληρῶν τὰ περὶ τῶν C κοινῶν καὶ ἰδίων πραγμάτων ἐκείνης ζητήματα καὶ πλέον ἢ δεσποίνῃ χαριζόμενος αὐτῇ τὰ τῆς ἐξουσίας δίκαια, ἵνα λανθάνῃ D τοὺς πλείστους τὰ μεταξὺ σκάνδαλα. ἡ δ᾽ ἀπογνοῦσα τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς υἱέας βοήθειαν, ὁποίαν ὡς εἰρήκειμεν αὕτη παρὰ τὸ δέον ἐζήτει, μόνη λοιπὸν ἐπεχείρει μηδενὸς ἀμελοῦσα τῶν ὅσα πρὸς δύναμιν ἦσαν αὐτῇ. ἀκούσασα τοίνυν, ὡς ὁ τῶν Ἀθηνῶν δοὺξ θυγατέρα τρέφει παρθένον, διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν ἐγγυωμένη ἐκείνῳ γαμβρὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Θεό- E δωρον τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν δεύτερον ἐπὶ συμφωνίαις, ἵν᾽ ἡ μὲν ἔνθεν, ὁ δ᾽ ἐκεῖθεν τῷ ἄρχοντι Πελασγῶν τε καὶ Θετταλῶν ἐγείρωσι πόλεμον καὶ μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν αὐτὸν μὲν ἐκ μέσου ποιήσωνται, τὴν δ᾽ ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ Θεοδώρῳ τῷ ταύτης υἱῷ περιποιήσωνται, ἵν᾽ εἴη κλῆρος ἀρχῆς ἴδιος αὐτῷ καὶ διηνεκής. ἀλλὰ τῶν ἐλπίδων ψευσθεῖσα πλείστοις ἅμα χρήμασι πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐκπέμπει πατρίδα Λογγιβαρδίαν συζευχθη- F σόμενον θυγατρί τινος ὄνομα Σπινούλα τῶν οὐ πάνυ μεγάλων ἐπὶ γένους περιφανείᾳ καὶ δόξῃ τυγχάνοντος. οὐ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ περισπούδαστόν ἐστι Λατίνων τοῖς εὖ γεγονόσι κηδεύειν, μὴ ὅτι Ῥωμαίοις ἁπλῶς, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοῖς βασιλεῦσιν· ἄλλως

15. Θεττ. καὶ Πελ. A. 16. ἂν τὸν μὲν A. 22. ἐπὶ add. A.

gno mari ad eluendas contumelias et calumnias ei misero, contra quem improba linguam suam exacuit. (IV.) At Imperator, miti vir ingenio, alioqui cum linguam ipsius, tum vero illud in primis metuens, ne generum suum Serviae Cralem ad bellum Romanis inferendum concitaret, omnibus modis illam placabat, et postulata eius tam publicis quam privatis de rebus exequebatur: plus denique ei potestatis impertiebat, quam dominae conveniret, ut offensae quae intercesserant laterent. Illa vero, cum ea quae pro filiis praeter aequitatem ab Imperatore petierat desperasset, sola deinceps rem aggredi coepit, nihil quicquam omittens, quod in ipsius potestate situm esset. Cum igitur audivisset Ducem Athenarum habere filiam virginem, per legatos petit, ut ea filio suo Theodoro despondeatur, iis conditionibus, ut Pelasgorum et Thessalorum Principi bellum utrinque inferatur, hinc quidem a se, inde autem ab ipso Duce, nec prius arma deponantur, quam is de medio sublatus fuerit, eiusque ditionem Theodorus filius acceperit, proprium nempe et perpetuum eum principatum habiturus. Sed spe frustrata eundem cum pecunia maxima in patriam suam Longobardiam mittit, ut filiam Spinulae cuiusdam, nec generis splendore nec dignitate multum eminentis, uxorem duceret. Latini enim nobiles non modo cum Romanis quibuslibet, sed et cum ipsis Romanorum Imperatoribus iungere affinitates

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. τε οὐδ᾽ αὐτὴ τῶν ἐπὶ δόξῃ λαμπρῶν ἦν. οὐ γὰρ ἂν ἐς τὰ Ῥωμαίων οὕτω ῥαδίως ἐστέλλετο κήδη. μαρκεσίου γὰρ ἀπόγονος ἦν αὕτη· ἡ δὲ τοῦ μαρκεσίου τάξις οὐ τῶν ἐπισήμων ἐστὶ παρὰ Λατίνοις· ἀλλ᾽ ὅπερ ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασιν ὁ τὴν βα- P. 146 σιλικὴν κατέχων σημαίαν, τοῦτο παρὰ Λατίνοις μαρκέσιος. V. 120 (E.) Ἵνα δὲ πλατύτερον τῷ λόγῳ χρησώμεθα διὰ τὴν τῶν λεγομένων ἐνάργειαν· ὅτε ὑπὸ Ῥωμαίοις ξυνέῤῥει τὰ πράγματα καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος καὶ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ἔψαυεν οὐρανῶν, B ἐπειδὴ καὶ ὕπατοι τούτων καὶ αὐτοκράτορες, οἱ μὲν Ἀφρικὴν καὶ Λιβύην, οἱ δὲ Γαλατίαν καὶ Ἰβηρίαν καὶ Κελτικὴν ὑπηγάγοντο, οἱ δὲ τὰ πλείω τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης, τά τε μέχρι Tανάϊδος δηλαδὴ καὶ ὅσα μέχρι Γαδείρων· τότε τοίνυν δουλείας φερόμενοι νόμῳ συνέῤῥεον ἄλλοθεν ἄλλοι συχνὰ πρὸς τὴν ἄρξασαν Ῥώμην, ὅσοι στρατηγοὶ κατὰ τόπους καὶ ὅσοι σατράπαι καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν καὶ ἡγεμόνες τόπων καὶ πόλεων· οἱ μέν, ἵνα C γνωστοὶ τοῖς τε Καίσαρσι καὶ Αὐγούστοις καθίσταιντο· οἱ δέ, ἵνα στάσιν τινὰ καὶ κλῆρον ἐν τῇ περὶ τοὺς Καίσαρας συγκλήτῳ καὶ τάξει λαγχάνωσιν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλως ἐνδόξων καὶ ἐλλογίμων προσίασιν, ἵνα τῷ τῆς Ῥώμης δήμῳ αἰδοῦς ἕνεκα καὶ τιμῆς καὶ αὐτοὶ πολιτογραφῶνται καὶ ὀνόματος ἀξιῶνται τῶν ἐπισήμων τῆς Ῥώμης· ὥσπερ καὶ ὁ ἐκ τῆς Παλαιστίνης Ἑβραῖος Ἰώσηπος καὶ Πτολεμαῖος ὁ κράτιστα πάντων D τὰς ἀστρονομικὰς συγγραψάμενος ὑποθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Φλαούϊος ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται, ὁ Ἰώσηπος· ὁ δὲ Κλαύδιος, ὁ Πτολεμαῖος.

10. οἱ A., ὁ W. 19. προσίασιν A., προΐασιν W. 23. Φλαούϊος A., Βλαύιος W.

plerumque negligunt. Neque vero ipsa ex illustrium numero erat: nec si fuisset, Romano Principi tam facile innupsisset. Erat enim e Marchionum familia oriunda. Marchionis autem dignitas non insignis est apud Latinos. Sed quod est apud Romanos is qui vexillum Imperatorium gestat, id ipsum est apud Latinos Marchio. (V.) Ut autem dilucidiora fiant ea quae dicimus, pluribus est agendum. Cum summa rerum ad Romanos devoluta esset, potentia Urbis ipsos prope coelos attingebat. Eorum enim Consules et Dictatores, alii Africam et Libyam, alii Galliam et Iberiam et Celticam, alii plerasque Asiae et Europae provincias subegerunt usque ad Tanaim et Gades. Ac tum servitutis lege astricti alii aliunde Romam ad dominam urbem in dies confluebant, duces, satrapae, reges, principes nationum et rectores provinciarum: alii ut Caesaribus et Augustis innotescerent, alii ut dignitatis gradum et locum aliquem in Caesareo senatu sortirentur. Accedebant et alii viri clari et spectati, ut reverentiae et honoris causa in civitatem ascriberentur, et illustri aliquo nomine Romano ornarentur: quemadmodum Iosephus Hebraeus ex Palaestina oriundus, et Ptolemaeus, qui de rebus astronomicis omnium optime scripsit. Illinc quippe uterque cognomen accepit, Flavii quidem Iosephus, Ptolemaeus vero Claudii. Tum

τότε δὴ οὖν καὶ τῶν πανταχόθεν συῤῥεόντων ἡγεμόνων Παρθικῶν τε καὶ Περσικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἄλλοι ἄλλας κεκλήρωνται πρότερον κλήσεις. ὁ δὲ Ῥωσικὸς τήν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου· ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τοῦ πρίγκιπος· ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δουκός· ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν τὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου· ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ ῥηγός· καὶ ἄλλοι ἄλλα. τί γὰρ δεῖ καθ' ἕκαστα διεξιέναι, ὧν τὴν μνήμην ὁ χρόνος συνέχωσε, καὶ τὰ μὲν τελέως ἐκάλυψε καὶ λήθης ποταμοῖς ἀφῆκε συμφέρεσθαι, τὰ δ' ἀτέκμαρτα συγκεχώρηκε περὶ τὸν βίον πλανᾶσθαι; οὐ γὰρ ὥσπερ νῦν παρ' ἡμῖν, οὕτω καὶ τότε ἐγένοντο ταῦτα, παρ' οἷς ἐγένοντο· ἀλλ' ὥσπερ ἐς διαδοχὰς συνεχωρήθησαν παραπέμπεσθαι τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἑκάστων ἄρχουσι τὰ τῶν πρώτως εἰληφότων ἕκαστα ἀξιώματα. καὶ μὲν δὴ ἔστιν ἃ τῶν τοιούτων παραφθοράν τινα τῷ μακρῷ χρόνῳ παθόντα ἀμυδρῶς πως ὑπεμφαίνουσι τὴν ἀλήθειαν. τὸν γάρ τοι τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν ἀρχηγὸν ἀντὶ μεγάλου πριμμικηρίου μέγαν κύριον ὀνομάζουσι νῦν εἰς τοῦτο παρενεχθέντες ἐκ τοῦ παραφθεῖραι τὴν πρώτην συλλαβήν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τῆς Ἀττικῆς καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸν ἀντὶ μεγάλου δουκὸς δοῦκα καλοῦσι τῶν Ἀθηνῶν.

(ϛ'.) Καὶ ἵν' ἐπανέλθωμεν, ὅθεν εἰς τοῦτο ἐξέβημεν· ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις καὶ ὁ τῆς ἐπαρχίας ταύτης ἀρχηγὸς τὸν τοῦ μαρκεσίου εἰλήφει κλῆρον, μικρόν τινα καὶ τῇ ἐπαρχίᾳ ἐκείνῃ

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

E F P. 147

1. καὶ τὸ τῶν A. 19. παραφθεῖραι A., παρενεχθῆναι W.

igitur confluentibus undecunque principibus Parthicis, Persicis et caeteris omnibus, alii alias appellationes primitus sortiti sunt. Magni autem Constantini temporibus Rossicus locum et dignitatem dapiferi: Peloponnesi rector, Principis: Atticae et Athenarum, Magni Ducis: Boeotiae et Thebarum, Magni Primicerii: magnae vero insulae Siciliae, Regis: alii denique alios titulos obtinuerunt. Quorsum enim ea singula recensere attinet, quorum memoriam tempus obruit, atque alia penitus abscondit et oblivionis fluctibus demersit, alia incerta et obscura temere apud homines iactari permisit? Neque enim apud quos illa olim fuerunt, ita tunc se habebant, ut apud nos hodie se habent. Sed quasi successionis iure receptum est, ut ad singularum provinciarum praefectos eae dignitates transmitterentur ab iis qui primi illas accepissent. Et nunc quidem aliqua ex iis longo tempore corrupta veram originem subobscure indicant. Nam Boeotiae Thebarumque principem pro magno Primicerio *μέγαν κύριον* nunc appellant, in errorem prolapsi, eo quod primam syllabam corruperunt. Atticae item et Athenarum rectorem pro Magno Duce nunc Ducem Athenarum vocant.
(VI.) Ut autem ad propositum revertamur; iisdem illis temporibus etiam provinciae eius quam diximus princeps Marchionis dignitatem obtinuit,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. ἀνάλογον. κεῖται δ' ἡ χώρα αὕτη μεταξύ που τῶν Ἄλπεων καὶ τῆς κάτω Ἰβηρίας· ἣν ὁ μαρκέσιος ἐκληρώσατο, χρέος ἀΐδιον ἔχων, εἴ τις ἐκ τοῦ ἔθνους ἀνίσταιτο βασιλεύς, τὴν τοῦ σημαιοφόρου τάξιν ἀποπληροῦν πρὸς ἐκεῖνον αὐτός· ἀλλ' ἐκεῖσε B ἐπάνειμι. Θεόδωρον μὲν γὰρ τὸν ἑαυτῆς δεύτερον υἱὸν ἡ βασιλὶς V. 121 Εἰρήνη οὕτως ἐκεῖσε παρέπεμψεν, ἵνα μὴ παρὰ Ῥωμαίοις ὢν δοῦλος αὐτός τε καὶ ἡ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ διαδοχὴ γένηται τοῦ προγονοῦ βασιλέως. εἵλετο γὰρ κοινωνὸν τῆς Λατίνων τοῦτον C μᾶλλον καταστῆσαι θρησκείας καὶ ἀτιμότερον εἶναι πόῤῥω διάγοντα, ἢ παρὰ Ῥωμαίοις ἔνδοξον ὄντα δουλεύειν τῷ μισουμένῳ αὐτῇ προγονῷ καὶ ἅμα παῖδας παισὶ καὶ ἀπογόνους ἀπογόνοις. συνεξέπεμψε δ' ἐκείνῳ καὶ σωροὺς χρημάτων Ῥωμαϊκῶν. καὶ οὕτω δὴ τὴν φλεγμαίνουσαν ἔφεσιν ἑαυτῆς ἐναντιουμένη τῷ συζύγῳ καὶ βασιλεῖ ἐπὶ τοῦ ἑνός γε τῶν υἱέων ἐπέραινε Θεοδώρου D τοῦ μαρκεσίου. (Z.) Τὸν μέντοι πρῶτον υἱὸν αὐτῆς Ἰωάννην πάνυ τοι πλεῖστα ἐσπούδασε πρότερον εἰς ὑπερόριον κῆδος ἐκπέμψαι καὶ αὐτὸν, καὶ πλεῖστα ἀνηλώκει χρήματα θέλουσα τοῦτον ἄρχοντα καταστῆσαι τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ Ἀκαρνάνων, καὶ ὅση τῆς Ἠπείρου περίχωρος· ἀλλ' οὐδαμῇ ἔσχεν εὔοδον θεῖναι τὸ βούλευμα. ἕτερα δ' αὖθις βουλευομένης αὐτῆς περὶ τοῦ υἱοῦ φθά-E σας ὁ βασιλεὺς ἐμποδὼν ἐγένετο τῆς ὁρμῆς, πατὴρ εἶναι λέγων καὶ αὐτὸς καὶ οὐχ ἧττον τῆς μητρὸς κηδόμενος τοῦ υἱέως· προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ μείζονα δύνασθαι τῆς μητρὸς τὸν πατέρα, τὸ κωλύον οὐδὲν τὴν τοῦ πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ἐπὶ τῷ

4. ἀποκληροῦν W. 19. οὐδαμῶς A.

exiguam sane, et illi ipsi provinciae parem. Sita autem est ea regio intra Alpes et inferiorem Iberiam. Ea inquam Marchioni obtigit, perpetuo munere attributo, ut si quis ex ea gente Imperator existeret, iste apud eum vexillarii officio fungeretur. Sed illuc redeo. Theodorum filium suum alterum Irene Imperatrix sic illuc misit, ne ipse et eius posteri, si maneret apud Romanos, privigno Imperatori servirent. Maluit enim eum ad Latinorum religionem communionemque transire, et peregre minore dignitate esse, quam inter Romanos illustrem inviso privigno servire, atque eius liberos illius liberis, et nepotes nepotibus. Una vero etiam acervos Romanae pecuniae misit. Atque ita inflammatam suam cupiditatem marito Imperatori adversata in uno saltem filio Theodoro Marchione explevit. (VII.) Enimvero primogenitum Ioannem et ipsum prius impensissime studuerat ad externum coniugium ablegare, et maximos sumptus fecerat, ut eum Aetolorum et Acarnanum et Epiri totius circumiacentis principem constitueret. Sed nullo modo deliberata exequi potuerat. Cum autem eidem filio aliter consulere vellet, Imperator conatus antevertit ac inhibuit, se quoque parentem esse dictitans, nec minus quam matri filium sibi curae esse: eo autem accedere, quod paterna auctoritas maior foret quam materna; ac proinde nihil obstare,

παιδὶ μᾶλλον ἢ τῆς μητρός. ἦν δὲ τηνικαῦτα μεσάζων τοῖς πρά- A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.
γμασι σοφὸς ἀνὴρ καὶ πολλὴν τὴν ἐμπειρίαν καὶ σύνεσιν πλουτῶν ἐς τὰ κοινὰ καὶ διὰ τοῦτο μάλα τοι πλείστης ἀπολαύων τῆς τοῦ κρατοῦντος εὐμενείας τε καὶ ῥοπῆς καὶ πολλοῖς τισι βρίθων τοῖς χρήμασι διὰ ταῦτα, Νικηφόρος ὁ ἐπὶ τοῦ Κανικλείου. οὗ- F
τος θωπευτικοῖς τισι λόγοις καὶ πράγμασιν ὑπελθὼν τὴν τοῦ βασιλέως πραότητα αἰτεῖ καὶ λαμβάνει γαμβρὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ τὸν ῥηθέντα τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἰωάννην, δεινοπαθούσης μὲν καὶ οὐδαμῇ ἐθελούσης τῆς μητρὸς καὶ δεσποίνης· ἔλαβε δ᾽ οὖν. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ πολὺ τοῦ κήδους ἀπώνατο οὔθ᾽ ὁ λαβών, οὔθ᾽ ὁ ληφθείς. πρὶν γὰρ ὅλα ἐξήκειν τέσσαρα ἔτη, ἄπαις τὸν βίον ὁ P. 148
Ἰωάννης ἀπήλλαξεν ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ μητρὶ καὶ πενθερῷ καὶ συζύγῳ. (H.) Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τούτῳ τῆς μητρὸς ἐλπίδας ὁ χρόνος οἷά τις Χάρυβδις ἀφελόμενος κατεβάπτισεν, αἱ Κραλαίνης τῆς θυγατρὸς καὶ Δημητρίου τοῦ παιδὸς κατελείφθησαν μόναι. τοσαῦτα τοίνυν ἐξεκένωσε Ῥωμαϊκὰ χρήματα πρὸς τὸν Κράλην ἡ πενθερά τε καὶ δέσποινα, τὰ μὲν ἐκεῖσε πέμπουσα, τὰ δ᾽ αὐτὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ μεταπεμπομένη καὶ ἐπιφορτίζουσα, B
ὅσα καὶ τριήρεις ἑκατὸν ἐξήρτυσαν ἂν καὶ διηνεκὲς τοῖς Ῥωμαίοις ἐγίγνοντ᾽ ἂν ὄφελος. καὶ τί δεῖ καταλέγειν τὰς καινὰς ἐπινοίας αὐτῆς, ὁπόσας μήπω πρὶν γεγονυίας ἡ πόῤῥω τοῦ καιροῦ φιλοτιμουμένη γνώμη τῆς σεμνοτάτης ταύτης δεσποίνης ἐνεωτέρισε; θέλουσα γὰρ τὴν θυγατέρα βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμῆσαι,

6. τοῦ add. A. 17. ἐκεῖσε A., ἐκεῖ W. 23. ταύτης ante βασιλικοῖς add. W., om. A.

quo minus patris voluntas potius quam matris de filio rata haberetur. Primarius eo tempore imperii administer erat vir sapiens, multa experientia et acri iudicio ad publica negotia tractanda instructus; quam ob causam magna apud Principem gratia et auctoritate pollebat, et ob id quoque opum vi maxima abundabat. Erat is Nicephorus, Caniclei praefectus. Hic blandis sermonibus atque obsequiis lenitate Imperatoris callide conciliata petit et accipit generum eum quem diximus Imperatoris filium Ioannem, indignante quidem et refragante Imperatrice, eius matre; sed tamen accipit. Verum affinitatis illius non diuturnum fructum tulit nec is qui generum acceperat, nec is qui datus fuerat. Nam priusquam integri anni quatuor elaberentur, Ioannes matre, socero, uxore superstitibus, Thessalonicae sine liberis decessit. (VIII.) Cum autem etiam hanc Imperatricis spem in eo filio positam tempus sustulisset, ac velut Charybdis quaedam absorpsisset, nihil quo se consolaretur reliquum erat, praeter filiam Cralaenam, et Demetrium filium. Tantam igitur Romanae pecuniae copiam Crali genero partim misit, partim Thessalonicam arcessito dedit, quanta vel centum triremes in perpetuum Romanorum praesidium instrui potuissent. Et quorsum attinet nova commenta et prius inaudita, quae intempestiva mulieris ambitio excogitavit, commemorare? Nam cum suam filiam

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἵνα μηδ᾽ ἐκείνη μηδενὸς ἐλαττοῖτο, ὁπόσα Ῥωμαίων θεσμοὶ τὰς
βασιλίδας ᾕρηνται πάλαι κοσμεῖν, μὴ δυναμένη δ᾽ ἄλλως τὸ
καταθύμιον ἐκπερᾶναι, φέρουσα καλύπτραν ἐπέθηκε πρότερον τῇ
κεφαλῇ τοῦ γαμβροῦ λίθοις καὶ μαργάροις πολυτελέσι κεκοσμη-
C μένην, ὁπόσοις καὶ οἵοις μικροῦ καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Ἀν-
δρονίκου τοῦ βασιλέως ἐκεκόσμητο. ἔπειτ᾽ ἐκεῖθεν ἀρξαμένη
κατ᾽ ἔτος ἑτέραν προσετίθει κρείττω τῆς προτέρας ἀεί. τάς τε
D πολυτελείας τῶν ἐνδυμάτων καὶ τὰς λαμπρότητας, ὧν ἐχαρίζετο
συχνοτέρων αὐτῷ τε καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Κραλαίνῃ, τίς
ἂν ἀριθμοίη; τίς δ᾽ ἂν ἐξετάζοι τῶν βασιλικῶν κειμηλίων τὸν
V. 122 ἀριθμὸν, ὁπόσα αὐτὴ τοὺς Ῥωμαίους ἀποστεροῦσα τῷ Κράλῃ
Σερβίας ἐδίδου, κατατρυφῶσα μὲν τῆς τοῦ βασιλέως καὶ συζύ-
γου πραότητος, τὴν δ᾽ ἑαυτῆς ἀδεῶς ἀποπιμπλῶσα ἔφεσιν;
E ἔφεσις γὰρ ἦν αὐτῇ τῶν βασιλικῶν ταμιείων τοὺς θησαυροὺς ἐς
τοὺς κόλπους τῶν ἑαυτῆς ἐκκενῶσαι τέκνων καὶ μάλιστα τῆς Κρα-
λαίνης καὶ θυγατρός. ἤλπιζε γὰρ καὶ παῖδας ὄψεσθαι γεννηθέν-
τας τῷ Κράλῃ παρὰ τῆς θυγατρός. καὶ διὰ τοῦτο προαρπάζουσα
τὸν καιρόν σφισι τὸν Ῥωμαϊκὸν ἐθησαύριζε πλοῦτον, ἵνα καιροῦ
καλοῦντος ὀψὲ τοῦ χρόνου τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀσθενείας ἐκεῖθεν
αὐτοὶ καταδράμωσι καὶ ἣν ἑκόντων Ῥωμαίων οὐκ ἐκληρώσαντο
F βασιλείαν, ταύτην ἀκόντων ἀφέλωνται. (Θ.) Ἀλλὰ γὰρ ἔλα-
θεν ἀνθρωπίνας μὲν ἐπινοίας καθ᾽ ἑαυτὴν ἀεὶ στρέψασα, θεὸν
δ᾽ ἐπὶ λογισμοὺς οὐκ ἀναβιβασαμένη τὸ σύνολον, ὅτι τῆς ἐκεί-

7. κατ᾽ ἔτος A., κατέτος W. 16. Pro verbis ἤλπιζε — θυγατρός A. habet ἤλπιζε καὶ παῖδας ὄψεσθαι ἐξ αὐτῆς.

Imperatoriis insignibus ornare vellet, ut ne quid ei deesset earum rerum, quibus Imperatrices decorari Romanorum institutis iam pridem placuit, nec aliter voti compos fieri posset: primum calyptram capiti Cralis imposuit, pretiosis lapidibus et margaritis tot et talibus distinctam, ut eam ferme aequaret, quam eius vir Andronicus Imperator gestabat. Atque inde auspicata priore deinceps pretiosiorem quotannis illi misit. Immensa vero pretia splendoremque vestium, quas et genero et filiae suae Cralaenae saepissime donabat, quis enumeret? Quis singula domus Imperatoriae ornamenta percenseat, quae Romanis erepta in Cralem Servium, Imperatoris coniugis sui lenitati illudens, et suam ipsius cupidinem explens, conferebat? cupido autem eius haec erat, fisci Imperatorii thesauros in liberorum suorum, praesertim Cralaenae filiae, sinum exhaurire. Quippe ex hac suscepturum liberos Cralem, eosque visuram se sperabat. Atque idcirco praefestinans praecurrensque legitimum tempus thesauros illis reponebat, quibus adiuti et opportuna tandem occasione invitati Romanarum virium imbecillitatem opprimerent, et imperium, quod volentibus Romanis non sortiti essent, iisdem invitis eriperent. (IX.) Verum non animadvertit, se humana semper consilia animo agitasse; nunquam vero animum induxisse, ut Deum cogitaret,

νου τὰ πάντα χειρὸς ἐξήρτηται· καὶ πολέμιον τοῦτον πᾶς τις εὑρίσκει, ὅστις ἄνθρωπος ὢν πέρα τῶν ἀνθρωπίνων μέτρων φρονεῖ καὶ οὐκ εἰς θεὸν ἀναφέρει τῶν ἐνεργουμένων τε καὶ βουλευομένων τὴν διεξαγωγὴν καὶ τελείωσιν. ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ βασιλὶς αὕτη Εἰρήνη μεγάλαις ἑαυτὴν ἀναρτήσασα ταῖς περὶ τοὺς παῖδας ἐλπίσιν αὐτὴ μὲν ἀνθρωπίνως ἐχρῆτο τοῖς πράγμασιν ἄνευ θεοῦ καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων, ὡς εἰρήκειμεν, ἀμφοτέραις ἐξήντλει χρήματα πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἐχθρούς· τὰ δὲ πράγματα οὐ προὐχώρει κατὰ τὰς ἐλπίδας αὐτῆς, ἀλλὰ ματαίαν τὴν ἐκείνης διάνοιαν ἤλεγχον, σφάλλοντος ὡς ἔοικεν ἄνωθεν τοῦ τῆς δίκης κρίματος. τῇ μὲν γὰρ θυγατρὶ ὀκταετεῖ πλέον ἢ τετταρακοντούτης ὁ Κράλης μιγεὶς βλαβῆναι τὴν ταύτης πέπραχε μήτραν, ὡς μηδὲ γονὴν ἐξ ἐκείνης ἔτι δύνασθαι γίγνεσθαι. (I.) Κἀντεῦθεν καὶ τῶν τοιούτων ἐλπίδων ἐκπεπτωκυῖα ἡ βασιλὶς ἑτέραις αὖθις ἐπιχειρεῖ καὶ οὐκ ἠρεμεῖ· καὶ πείθει τὸν Κράλην πολλοῖς καὶ ἀναριθμήτοις ὑπερεχομένη τοῖς δώροις, ἀπαγορευθέντος ἤδη τοῦ παῖδα γενέσθαι οἱ ἐκ τῆς Κραλαίνης, ἐλθεῖν κατὰ δεύτερον πλοῦν τὴν διαδοχὴν τῆς τῶν Τριβαλλῶν ἀρχῆς εἰς ἕνα τινὰ τῶν ἀδελφῶν τῆς Κραλαίνης. Δημήτριος δ' ἦσαν οὗτοι καὶ Θεόδωρος ὁ μαρκέσιος· ὁ μὲν οὔπω τότε τὸν ἔφηβον παραλλάττων· ὁ δὲ καὶ παίδων ἤδη τυγχάνων πατὴρ περὶ χώραν τῆς Λαμπαρδίας, ἔνθα παρὰ τῆς μητρὸς, ὡς εἰρήκειμεν, ἐξεπέμφθη τοῦ γένους λείψανον. καὶ πρῶτον μὲν τὸν Δημήτριον πολλαῖς ταῖς τῶν χρημάτων τρυφαῖς καὶ βλακείαις πρὸς τὸν Κράλην συνεκπέμπει, διάδοχον

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

P. 149 — B — C

16. ὑπερχομένη cod. Vat., ὑπερεχομένη W.

ex cuius manu pendent omnia; quem inimicum quivis experitur, qui cum homo sit humano captu altiora affectat, suorumque consiliorum et actionum exitum et successum ad Deum non refert. Ecce enim haec Imperatrix Irene, magna spe in liberis suis collocata, humana prudentia sine Deo res administrabat, et Romanas opes, ut diximus, in Romanorum hostes erogatas utraque manu effundebat. Res autem non ex illius sententia succedebant: sed irritos illius conatus exitus ipse arguebat, divino ut videtur iudicio eius cogitationes fallente. Crales enim quadragenario maior cum puella octo annos nata congressus matricem eius laesit, ut foetum nullum posthac edere posset. (X.) Igitur Imperatrix etiam hac spe frustrata ad aliam se convertit: et quietis impatiens multis atque innumerabilibus donis Crali persuadet, quoniam spes nulla iam supersit suscipiendae prolis ex Cralaena, ut saltem alterum e Cralaenae fratribus Triballici principatus heredem instituat. Hi Demetrius erant et Theodorus Marchio: quorum alter nondum ex ephebis excesserat; alter in Longobardia iam etiam liberos susceperat, quo a matre, sicut diximus, ut generis reliquiae extarent, missus fuerat. Ac primum Demetrium cum magnis opibus conspicuum luxu et mollitie ad Cralem mittit, ut, quemadmodum dictum est, successor principatus desi-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

χειροτονηθησόμενον, ὡς εἰρήκειμεν, τῆς ἀρχῆς· ὃς δὴ καὶ ἄσμενος μὲν ὑπεδέχθη παρὰ τοῦ Κράλη· τὸ δὲ τοῦ τύπου σκληρὸν καὶ ἀπαραμύθητον ὅλαις ὁρμαῖς ἀνεσόβει καὶ ἀπετρέπετο τὴν ἐκεῖ διαμονὴν καὶ μακροτέραν αὐτοῦ ἐνδιαίτησιν. ὅθεν μετ' οὐ πολὺ D τὸν Δημήτριον οὕτως ἐκεῖθεν ἡ μήτηρ ἐπανήκοντα δεξαμένη καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἤδη ψευσθεῖσα ἐλπίδων τὸν ἕτερον ἐκ τῆς Λαμπαρδίας υἱὸν μεταπέμπεται Θεόδωρον τὸν μαρκέσιον κεκαρμένον ἐπιφερόμενον πώγωνα· καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐκπέμπει καὶ τοῦτον διάδοχον ἐσόμενον τῆς τοῦ Κράλη Σερβίας ἀρχῆς. ἄσμενος οὖν E καὶ τοῦτον ὁ Κράλης ὑποδέχεται. τὸ δὲ τοῦ τόπου σκληρόν τε καὶ ἄηθες οὐδὲ τοῦτον ἀφῆκε μονιμωτέραν ἐκεῖ ποιήσασθαι τὴν διατριβήν. ἀλλ' ἐπανελθὼν καὶ οὗτος καὶ ἀσπασάμενος τὴν μητέρα, πάσας παρ' ἐλπίδα ὁπόσας ἐπὶ τούτοις ἔτρεφεν ἐλπίδας ἀποβεβληκυῖαν, ᾤχετο ἀπιὼν ἐς Λαμπαρδίαν αὖθις παρὰ τὴν σύζυγον.

P. 150 V. 123 ς'. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖσδε τοῖς χρόνοις τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. τὰ δ' ἐφεξῆς εἰρήσονται ἐν τοῖς ἐφεξῆς. ἐπὶ δὲ τοὺς Κατελάνους αὖθις τρεπτέον τὸν λόγον. οὗτοι γὰρ μετὰ τὸν γενόμενον περὶ τοὺς Ἄπρους πόλεμον ἐπαρθέντες τῇ τε νίκῃ καὶ τῇ τῶν Τουρκοπούλων συμμαχίᾳ, οἳ ὡς εἰρήκειμεν Ῥωμαίους ἀφέντες ηὐτομόλησαν πρὸς αὐτοὺς, συχναῖς χρησάμενοι ταῖς ἐκδρομαῖς καὶ ἐφόδοις ἐφ' ὅλοις ἔτεσι δυσὶ πᾶσαν ἔρημον καὶ ἀτριβῆ B πεποιήκεσαν τήν τε παράλιον καὶ μεσόγειον χώραν, ὁπόση τε ἄχρι Μαρωνείας τε καὶ Ῥοδόπης καὶ ἄχρι Βιζύης διήκει. ἔπειτα ἀπογνόντες ἐντεῦθεν τῶν χρειωδῶν ἔγνωσαν ἐπὶ τὰ πρόσω πορεύεσθαι

24. Βυξύης A.

gnaretur. Eum autem Crales libenter excepit. Sed dura et immansueta locorum asperitas, totis quasi viribus ipsum abigens atque avertens, manere illic et commorari diutius vetuit. Recepto itaque Demetrio, qui illinc non longo post redierat, mater oblatam inde spem irritam ac delusam videns alterum e Longobardia filium Theodorum Marchionem arcessit (is rasam barbam ferebat) eodemque modo et illum, ut Crali Serviae in principatum succederet, ablegavit. Porro hunc etiam Crales benigne excepit. Sed nec istum locorum asperitas, et insolentia longius morari ibidem permisit. Enimvero ipse quoque reversus salutata matre, quae praeter spem omni spe destituta erat, in Longobardiam ad uxorem suam rursus se contulit.

6. Atque haec iis temporibus ad hunc modum se habuerunt. Quae vero consequuta sunt, deinceps exponentur. Nunc ad Catalanos redeundum. Hi enim post Aprinum praelium et victoria et Turcopulorum (qui a Romanis, ut diximus, ad ipsos defecerant) societate elati crebris excursionibus et impressionibus per integrum biennium omnia et maritima et mediterranea loca usque ad Maroneam, Rhodopen et Bizyam vasta ac deserta reddiderunt. Deinde cum spes nulla superesset percipiendi inde res necessarias,

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τὰ ἐν ποσὶ ληϊζόμενοι, μέχρις ἂν ἀποχρῶσαν καὶ μόνιμον εὕρωσιν οἴκησιν. καὶ δὴ διαβάντες τὴν πρὸς θάλασσαν ὀρεινὴν τῆς Ῥοδόπης ᾔεσαν ἀδεῶς λαφύρων συχνῶν ἑαυτοὺς ἐμπιπλῶντες. ἦσαν δ᾽ ὁμοῦ χιλιάδες, τὸ μὲν τῶν Τούρκων πλῆθος ὑπὲρ τὰς δύο τό,τε πεζὸν καὶ τὸ τῶν ἱππέων· τὸ δὲ τῶν Κατελάνων ὑπὲρ τὰς πέντε, C ὅσον τε ἐν ἱππεῦσι καὶ ὅσον πεζόν. (B.) Τοῦ τε μετοπώρου μεσοῦντος, ὅτε δὴ μάλιστα καὶ ἀρκτοῦρος ἄρχεται ἐπιτέλλειν, τὰ ἐπιτήδεια τῆς τοῦ χειμῶνος τροφῆς παρασκευάζειν βουλόμενοι εἰσβάλλουσιν εἰς τὰς τῆς Μακεδονίας κώμας· κἀκεῖ τὰ πλεῖστα καταστρεψάμενοι καὶ πολλῆς ἑαυτοὺς τῆς ἐκ τῶν λαφύρων ἐμπλήσαντες ὠφελείας στρατοπεδεύουσι περὶ τὴν Κασανδρείαν. πόλις D δὲ αὕτη πάλαι μὲν οὖσα περιφανής, νῦν δὲ καὶ τῶν οἰκητόρων ἔρημος. ὅ γε μὴν περὶ αὐτὴν χῶρος ἐπιτήδειος ὢν ἐς στρατοπεδείαν καὶ χειμερίαν καταγωγὴν ὑποδέχεται, ὡς εἰρήκειμεν, καὶ τὸν τῶν Κατελάνων πλανήτην στρατόν. ἄκρα γάρ ἐστι προμήκης εἰς θάλασσαν, κόλποις οὐ μικροῖς ἑκατέρωθεν περιειλημμένη, δι᾽ ὧν ἐν ταῖς χειμεριναῖς ὥραις τὸ τῆς χιόνος ἀποσείεται ὑπερβάλλον. A. C. 1307 Ducangio. ἔαρος δ᾽ ἀρχομένου ἄραντες ἐκεῖθεν ἐπεχείρουν ταῖς ἐν Μακεδονίᾳ πόλεσιν, ἐν αἷς τὸ τῶν ἐλπίδων κεφάλαιον ἡ Θεσσαλονίκη ἐτύγχα- E νεν. ᾤοντο γάρ, ὡς εἰ ταύτης γένοιντο πρότερον ἐγκρατεῖς μεγάλης τε καὶ πολλῷ τῷ πλούτῳ βριθούσης καὶ μάλιστα νῦν ὅτε καὶ P. 151 τὰς βασιλίδας ἤκουον εἶναι ἐντός, Εἰρήνην φημὶ καὶ Μαρίαν, μηδὲν εἶναι ἐξῆς τὸ κωλῦον πάσης ἐκεῖθεν ὡς ὁρμητηρίου τῆς ἄλλης

8. τοῦ add. A. 11. Κασάνδρ. A. 16. περιειλημμένη A., περιειλημένη W.

ulterius progredi obvia quaeque praedando statuerunt, donec idoneam et stabilem sedem invenissent. Itaque montanis Rhodopes quae ad mare vergunt superatis, spolia sibi crebra accumulantes, impune progrediuntur. Erant autem Turcorum quidem tam peditum quam equitum plus quam duo millia: Catalanorum vero in omni tum equitatu tum peditatu millia plus quinque. (II.) Autumno iam medio, in ipso Arcturi primo exortu, commeatum sibi in hibernum tempus paraturi in Macedonicos pagos impetum faciunt. Ibi, post omnia fere devastata, uberrimo sibi fructu ex praeda coacervato, apud Cassandriam castrametantur: quae urbs olim illustris, nunc habitatoribus vacua est. Verum ager ei circumiectus ad habenda stativa et ad hibernandum aptus ab errabundo Catalanorum exercitu, ut diximus, occupatur. Est enim promontorium longe in mare prominens, sinibus utrinque non parvis comprehensum, per quos nivis redundans copia hibernis mensibus effluit. Ineunte vere illinc digressi Macedonicas urbes adoriuntur; inter quas summa spei erat Thessalonica. Putabant enim, si hac primum potirentur, quae et ampla esset et magnis opibus abundaret, eo praesertim tempore, cum Imperatrices Irene et Maria intus esse dicerentur, nihil deinde obstiturum, quin huius urbis opportunitate usi totius Macedo-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

Μακεδονίας δεσπότας γενέσθαι. (Γ.) Ἀλλ' ἔφθη τὴν τούτων
προεκτεμὼν ὁ βασιλεὺς ἐπίνοιαν. πέμψας γὰρ πρῶτον μὲν τὸ περὶ
τὴν Χριστούπολιν μακρὸν ἔκτισε τεῖχος ἀπὸ θαλάσσης μέχρι τῆς
τοῦ παρακειμένου ὄρους ἀκρωνυχίας· ὡς ἄβατον εἶναι τὸ χωρίον
B καθάπαξ μὴ βουλομένῳ τῷ βασιλεῖ τοῖς τ' ἐκ Μακεδονίας ἐς
Θρᾴκην ἐθέλουσι διαβαίνειν, τοῖς τ' ἀπὸ Θρᾴκης ἐς Μακεδονίαν.
V. 124 ἔπειτα ἐπεὶ ἔγνω τὴν τῶν Κατελάνων αἰχμὴν ἐπίδοξον οὖσαν ὁρ-
μήσειν ἔαρος ἀρχομένου κατά τε Μακεδονίας καὶ τῶν ἐν Μακε-
δονίᾳ πόλεων, στρατηγοὺς ἀπολέξας ὁπόσοι τὰ πολέμια ἦσαν οὐκ
ἀδαεῖς πέμπει στρατολογήσοντας ἐκ Μακεδονίας, οἳ ἔσονται
C ἱκανοὶ φύλακες τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων, εἰ βούλοιντο οἱ πολέ-
μιοι περικαθίσαντες ταύτας πολιορκεῖν, ἄφθονά τε τὰ πρὸς τρο-
φὴν ἐπιτήδεια ἐκ τῶν προαστείων ἐν ταύταις ξυναθροίσοντας καὶ
πάντα τἄλλα εὖ διαθήσοντας, ἵνα μὴ τῷ τῆς πολιορκίας καιρῷ
μείζονα τῆς ἔξωθεν εὕρωσιν οἱ φύλακες τὴν ἔνδοθεν πολιορκίαν ἐκ
τοῦ λιμοῦ. (Δ.) Ἀλλὰ γὰρ ἦρος ἤδη ἐνστάντος ἄραντες οἱ πο-
λέμιοι ἐκ τῆς Κασανδρείας, οἱ μὲν ἄγχιστά που τῶν τῆς Θεσσα-
D λονίκης προαστείων ηὐλίσαντο· οἱ δ' ἐπὶ λείαν ἐξίασιν. ἐπεὶ δὲ
τήν τε χώραν εὗρον ἅπασαν τῶν τε οἰκητόρων ἔρημον, καὶ ὅσα
ἐνῆν αὐτοῖς ποίμνια καὶ βουκόλια, καὶ αὖ τὰς πόλεις πολλοῖς τοῖς
ὅπλοις ὠχυρωμένας, ἔγνωσαν αὖθις ἐπὶ Θρᾴκην ἐπανιέναι· μηδὲ
γὰρ εἶναί σφισι τῶν ἐνδεχομένων ἐκεῖ καθημένους τρίβειν τὸν
χρόνον καὶ σφᾶς αὐτοὺς φθειρομένους εἰκῇ συγχωρεῖν. μηδὲ γὰρ
E ὄντων αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων τοσαύτην τε ἵππον ἄγουσι, τοσου-

21. Θρᾴκην A., Θρᾴκης W.

niae dominatum occuparent. (III.) Sed illorum instituto Imperator antevertit, eamque ipsis spem praecidit. In primis enim longum murum apud Christopolin a mari usque ad vicini montis cacumen extrui curat, ut, nisi ipse vellet, prorsus impervius foret hic locus iis qui vel e Thracia in Macedoniam, vel e Macedonia in Thraciam iter habituri essent. Deinde cum primo vere Catalanorum in Macedoniam et Macedonicas urbes impressionem futuram expectari didicisset, ducibus quotquot rei militaris non imperiti essent delectis et in Macedoniam missis mandat, ut milites ex ea provincia conscribant defendendis urbibus pares, si hostibus liberet eas circumsessas oppugnare; item ut rerum ad victum necessariarum uberem copiam e suburbanis locis in eas comportent, caeteraque omnia provideant, ne obsidionis tempore urbium custodes graviorem externo hoste famem intus prementem experiantur. (IV.) Caeterum hostes vere iam facto, relicta Cassandria, partim proxime Thessalonicae suburbia diversati sunt: partim praedatum exiverunt. Sed cum totam provinciam cultoribus vacuam, nullos greges, nulla armenta superesse, urbes vero multis armis firmatas conspexissent; in Thraciam redire statuerunt: neque enim sibi licitum esse illic desidendo tempus terere, ac se ipsos pereuntes frustra prodere. Nam si commeatu desti-

τους δὲ αἰχμαλώτους, οὐχ ἧττοσιν ἢ ὀκτακισχιλίοις οὖσι δὴ καὶ αὐτοῖς, κίνδυνον εἶναι προφανῆ φθαρέντας οἴχεσθαι τῷ λιμῷ. ἀλλ' οὔπω τὰ δόξαντα γέγονεν ἔκπυστα τῷ πλήθει τοῦ στρατοπέδου, καὶ πυνθάνονται παρά του τῶν αἰχμαλώτων, ὡς ἀπόρευτος ἔσται αὐτοῖς ἡ πρὸς Θρᾴκην ὁδὸς, τοῦ πρὸ βραχέος ἀνεγερθέντος περὶ τὴν Χριστούπολιν μακροῦ τείχους ἀποκλείοντος τὸ παράπαν αὐτούς. (E.) Τοῦτο παρὰ πᾶσαν ἀκουσθὲν προσδοκίαν ἐξέπληξε F καὶ πρὸς ἀμηχανίαν ἤλασε λογισμῶν· καὶ οὐκ εἶχον ὅ,τι καὶ γένοιντο τῷ τε λιμῷ πιεζόμενοι καὶ ἅμα δεδιότες μὴ τὰ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ Ῥωμαίοις ὁμοροῦντα ἔθνη τὴν αὐτῶν ἕκαστα ἔφοδον ὑποπτεύοντα παροξύνωσιν ἀλλήλους, Ἰλλυριοί τε δηλαδὴ καὶ Τριβαλλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες καὶ Θετταλοὶ, καὶ συνασπισμὸν ποιησάμενοι κυκλώσονται τούτους καὶ πάντας ἄρδην οὐκ ἔχοντας ὅποι φυγόντες τὴν σώζουσαν εὕρωσι διαφθείρωσιν. ὅθεν ἔδοξε τούτοις P. 152 ὡς ἐν ἀνάγκης καιρῷ μανικώτερον ἢ τολμηρότερον ἅψασθαι τῶν πραγμάτων. ἔδοξε γὰρ μηδὲν μελλήσασιν ὁμόσε τοῖς πρόσω χωρεῖν τὴν ταχίστην καὶ ἢ τὴν τῶν Θετταλῶν χώραν ἄφθονα φέρουσαν τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπιτήδεια ἕξειν αἰχμάλωτον, ἢ τῶν ἐπέκεινα μίαν, ὁπόσαι ἐφεξῆς εἰσιν ἄχρι Πελοποννήσου, καὶ οὕτως ἐπὶ μιᾶς τινος χώρας τὴν οἴκησιν ἱδρυσάμενοι τῆς μακρᾶς ἀπαλλάξειν γε πλάνης· ἢ τό γε δεύτερον, σπεισαμένους τινὶ τῶν παραθαλαττίων ἐθνῶν ἀκώλυτον εἰληφέναι τὸν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπόπλουν. ἄραντες οὖν ἐκεῖθεν τριταῖοι ἀφίκοντο ἐς τὰ πρὸ τῆς Θετταλίας B

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

5. προβραχέως A. 13. ὅπη A. 18. τὸ add. A.

tuerentur, qui tot equos, tot captivos secum ducerent, cum ipsi octo millibus haud pauciores essent, exitium haud dubium a fame imminere. Sed priusquam consilium illud multitudini militum innotuisset, e captivo quodam audiunt, viam sibi in Thraciam non patere, longo illo muro, qui recens ad Christopolin extructus esset, eos prorsus inde excludente. (V.) Ea res praeter omnem expectationem audita illos perculit, et consilii prorsus inopes reddidit: eoque redegit, ut quo se verterent nescirent, cum et fame premerentur et timerent, ne populi Romanis Macedoniam incolentibus finitimi, Illyrii, Triballi, Acarnanes et Thessali, singuli irruptiones eorum veriti et se invicem cohortati, omnes vires coniungerent, atque istos circumventos funditus delerent, nullum scilicet locum habituros, in quem incolumes fuga evaderent. Quare ut in necessitatis articulo consilium furori quam audaciae similius coeperunt: ut omni mora sublata primo quoque tempore ultra progressi vel Thessaliam subiugarent, cuius ager omnia ad victum necessaria affatim suppeditaret, vel ulteriorem aliquam provinciam ex iis quae inde usque ad Peloponnesum forent, ac certa tandem aliqua sede fixo sibi domicilio diuturnos errores finirent: aut, si hoc non successisset, cum aliqua maritima gente factis induciis liberum in sua reditum haberent. Relicta igitur Thessalonica, tertio die ad Thessalicos montes pervenerunt, Olympum,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ὄρη· Ὄλυμπος ταῦτα καὶ Ὄσσα καὶ Πήλειον· ὧν ἄγχιστά που στρατοπεδεύσαντες ἐπόρθουν τὴν χώραν καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐνεπίμπλων ἀφθόνων τῶν ὅσα πρὸς τὸ ζῆν ἐπιτήδεια ἦν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. ἀναληπτέον οὖν, ἵνα καθ᾽ εἱρμὸν ὁ λόγος C ὁδεύῃ. (ς΄.) Συνεστράτευον τοῖς Λατίνοις, ὡς ἔφαμεν, καὶ Τοῦρκοι τρισχίλιοι· ὧν τοὺς μὲν ἑκατὸν καὶ χιλίους ἔφαμεν εἶναι τοὺς ἐναπολειφθέντας ἅμα τῷ Μελὴκ μετὰ τὴν τοῦ Σουλτὰν Ἀζατίνη πρὸς τοὺς Σκύθας φυγὴν τῷ τε θείῳ βαπτίσματι τελεσθέντας καὶ συγκαταλεγέντας μὲν τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασι καὶ ταῖς τῶν παίδων διαδοχαῖς αὐξηθέντας, ὕστερον δ᾽ ἀποστατήσαντας μὲν Ῥω- V. 125 μαίων, προσρυέντας δὲ τῷ τῶν Κατελάνων στρατῷ, ὁπότε συῤ- D ῥήγνυσθαι κατ᾽ ἀλλήλων ἔμελλον τὰ στρατεύματα κατὰ τὰς περὶ τὴν πόλιν Ἄπρω πεδιάδας· τοὺς δὲ πλείους εἶναι τοὺς ἅμα τῷ Χαλὴλ ἐξ Ἀσίας διαπεραιωθέντας ἐς μισθοφορικὴν συμμαχίαν τῶν Κατελάνων. τῶν οὖν Κατελάνων τὴν ἐπὶ Θετταλίαν, ὡς ἔφαμεν, ὁδευόντων, ἤρξαντο κατ᾽ αὐτῶν στασιάζειν οἱ Τοῦρκοι τὴν σφῶν συνδιαίτησιν ὑποπτεύοντες καὶ οὐ μάλα τοι σφόδρα ἀκίν- E δυνον ἐσομένην οἰόμενοι. συστάντες οὖν οἱ τῶν Τουρκικῶν στρατευμάτων ἡγεμονεύοντες, ὅ,τε Μελὴκ καὶ ὁ Χαλὴλ, τῷ τῶν Κατελάνων ἀρχηγῷ λόγους περὶ τῆς ἅμα εἰρήνῃ διαλύσεως κεκινήκασιν. οὗ δὴ προθύμως τὴν αἴτησιν δεξαμένου (οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἤδη Ῥωμαίων ἀπαλλαγεῖσι χρειώδης ἐτύγχανεν ἡ τῶν Τούρκων ἔκδημος συστρατεία) ἄσμενοι διελέλυντο τούς τε αἰχμαλώ-

5. ἔφαμεν A., ἔφημεν W. 13. Ἄπρους W. in mg., Ἄπρων Boiv. in textu, sed Ἄπρω codd. recte. Vid. Cantacuz. Vol. I. p. 136, 4. 139, 4 et 7. ed. Bonn. 22. οὐδ᾽ ante αὐτοῖς add. W., om. A.

Ossam, et Pelium, iuxta quos castris positis et agro vastato, quae ad sustentandam vitam necessaria essent, abunde paraverunt. Sed illud paene me praeterierat, quod, ut historiae series continua sit, explicandum est. (VI.) In Latinorum exercitu, ut dictum est, etiam Turcorum tria millia fuerunt: quorum mille et centum eos fuisse diximus, qui cum Meleco post Azatinis ad Scythas fugam remansissent, eosdemque sacro baptismate initiatos et in Romanas legiones relatos, nova deinde sobole auctos, demum a Romanis defecisse, et ad Catalanorum signa transiisse, cum ambo exercitus in campis Apro urbi circumiectis conflicturi essent; maiorem vero partem ex Asia cum Chalele traiecisse, a Catalanis in auxilium evocatos et mercede conductos. Cum igitur Catalani in Thessaliam, quemadmodum dixi, proficiscerentur, Turci adversus eos tumultuari coeperunt, quod familiaritatem illorum suspectam haberent, nec sibi tutam prorsus futuram arbitrarentur. Turcorum igitur duces Melecus et Chalel cum Catalanorum duce congressi verba fecerunt de pacata discessione. Qui cum postulatis illorum haud cunctanter annuisset (neque enim ipsis iam Romanorum metu liberatis Turcorum auxilia necessaria erant) cupide discesserunt, postquam et captivos et omnem quam

τους καὶ ὅσα ἐπεφέροντο λάφυρα διανειμάμενοι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν. ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν Τούρκων πλειόνων δεόμενα λόγων ἐροῦμεν ἐν τοῖς ἑξῆς. A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 153

ζ. Οἱ δὲ Κατελάνοι τῶν Τούρκων ἤδη ἀπαλλαγέντες καθ' ἑαυτοὺς ἦσαν παραχειμάζοντες πρὸ τῶν ὀρῶν τοῦ τε Ὀλύμπου καὶ τῆς Ὄσσης, ὡς ἔφαμεν. ἔαρος δ' ἐπιστάντος ἄραντες ἐκεῖθεν διαβαίνουσι τάς τε τῶν ὀρῶν κορυφὰς καὶ τὰ ἐν τούτοις Τέμπη· καὶ πρὶν ἐπιστῆναι τὸ θέρος, ἐσβάλλουσιν ἐς τὰ Θετταλικὰ πεδία. ἔνθα δὴ χώραν εὑρόντες ἀγαθήν τε καὶ πίονα ὅλον ἐκεῖ διατετρίφασι τὸν ἐνιαυτὸν τήν τε χώραν δῃοῦντες καὶ διαφθείροντες ὅσα μὴ ἐντὸς ἦσαν τειχῶν μηδενὸς ἀντιταττομένου. εἶχε B γὰρ ἀσθενῶς τηνικαῦτα τὰ περὶ Θετταλίαν πράγματα, τοῦ διέποντος ἐκεῖ τὴν ἀρχὴν νέου τε ὄντος τὴν ἡλικίαν καὶ ἀπείρως ἔχοντος ἐς πραγμάτων μεγάλων διοίκησιν καὶ ἄλλως νόσῳ δαπανωμένου μακρᾷ καὶ ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι μέλλοντος καὶ ἅμα αὐτῷ καταλύσειν τὴν μέχρις αὐτοῦ διαδοχὴν τῆς τῶν προγόνων καὶ σεβαστοκρατόρων ἀρχῆς. γυναῖκα μὲν γὰρ οὗτος ἠγάγετο ἑαυτῷ πρὸ βραχέος Εἰρήνην, τὴν νόθην τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου θυ- C γατέρα· παῖδα δὲ μετ' αὐτῆς οὐ γεγέννηκεν, ὃς ἂν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς καταστῇ διάδοχος. καὶ διὰ ταῦτα πλημμελῶς τὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ ἐκεῖσε ἐφέροντο πράγματα. πλείονα δὲ καὶ τὴν εἰς τὸ ἔπειτα ὤδινον ταραχήν τε καὶ στάσιν ἕνεκα τῆς ἀρχῆς, ἀδηλίας ἔτι κεκαλυμμένου βυθοῖς τοῦ ταύτην διαδεξομένου. καὶ μὲν δὴ τοῦ τε ἡγεμόνος τῆς χώρας ἐσχάτῃ νόσῳ πιεζομένου καὶ τῶν πο- D

6. ἔφαμεν A., ἔφημεν W. 20. κατασταίη A.

secum ferebant praedam pro rata utrinque inter se partiti sunt. Sed de rebus Turcorum, quae fusiori narratione egent, infra dicturi sumus.

7. Catalani autem, Turcis iam digressis, soli ad montes Olympum et Ossam, ut diximus, hibernabant. Verno autem tempore motis inde castris montium cacumina et interiecta Tempe pertranseunt, ac ante aestatem in Thessalicam planitiem irrumpunt. Ubi cum solum bonum et pingue invenissent, totum annum exegerunt, agris urendis et omnibus iis, quae extra moenia erant vastandis, resistente nemine. Tunc enim res Thessalorum infirmae erant ob immaturam Principis aetatem, nullo magnarum rerum gerendarum usu instructi, ac praeterea diuturno morbo conflictati et iamiam morituri, secum autem principatum a maioribus suis Sebastocratoribus perpetua successione ad se usque transmissum extincturi. Uxorem hic paulo ante duxerat Irenen, notham Imperatoris Andronici filiam: atque ex ea nullam prolem susceperat, cui relinqueret principatum. Ob haec rerum status in ea provincia tunc temporis perturbatus maiores in posterum turbas ac dissensiones parturire videbatur, quod in obscuro adhuc foret, quis principatum illum esset excepturus. Proinde cum Princeps extremo morbo

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

λεμίων δίκην φλογὸς ἐπιόντων καὶ νεμομένων τὴν χώραν ἔδοξε
τῇ τῶν προεχόντων ἐκεῖ κατὰ γένος βουλῇ, χρήμασι περιελθεῖν
τοὺς πολεμίους καὶ δωρεῶν ἁβροτέρων ὤνιον ἐσχηκέναι τὴν γνώ-
μην τῶν ἡγεμόνων, πρὶν ταῦτα αὐτοὺς ἀφελεῖν πολεμίᾳ χειρὶ,
δώσειν τε ὑποσχέσθαι πομποὺς τοὺς ἀπάξοντας ἐπί τε Ἀχαΐαν
V. 126 καὶ Βοιωτίαν, χώραν ἁβράν τε καὶ εὔκαρπον καὶ πολλὰς κεκτημέ-
E νην τὰς χάριτας καὶ ἅμα πρὸς οἴκησιν ἐπιτηδειοτάτην πασῶν· εἰ
δὲ καὶ συμμαχίας δέοιντο, καὶ τοῦτο δὲ μάλα προθύμως τελεῖν
καὶ φίλους εἶναί σφισι διὰ βίου. (B.) Τοῦτο καὶ τοῖς Λατίνοις
ἀρεστόν τε ἔδοξε καὶ μάλα δήπου κατὰ γνώμην. ἔφασαν γὰρ, ὡς
P. 154 εἰ πολέμῳ καὶ μάχῃ τὰ τῆς ἐκβάσεως ἐπιτρέψαιμεν, ἥ τε χώρα
φθαρήσεται τά τε πράγματα συντριβήσονται κἀκ πολλῶν ἐς στε-
νὸν κομιδῇ συνελαθήσονται, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή. ἔπειτα
καὶ τὰ τῆς νίκης οἷ προχωρήσει, τῶν πάντων ἐστὶν οὐδεὶς ὃς ἐξε-
πίσταται πλὴν ἢ θεός. ἡμῖν δ' ἔστιν ὡς ἐπίπαν ἀμφισβητήσιμα
ταῦτα καὶ οὐδαμῇ πω σαφῆ. εἰ γὰρ αἱ πλείους ξυντυχίαι τοῖς
ἀνθρώποις ἐπίσης εἰσὶν ἐλπιζόμεναι, οὐδὲν ἧττον καὶ σφίσι τὸ
B περιγενέσθαι συμβάλλεται ἤπερ ἡμῖν. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐστι πιστόν
τι ἐχέγγυον ἐς τὸ μέλλον περὶ τῆς νίκης, οὔτ' αὐτοῖς ἀπλανὴς εἴ
τις περὶ ταύτης δόξα πρόσεστιν. αἵ τε γὰρ δυσχωρίαι τῶν ὀρῶν,
οἷς ἡ φύσις πολλαχόθεν τὴν χώραν ὠχύρωσεν, ἀσφάλειάν τε καὶ
θάρσος τοῖς ἔχουσι δίδωσι· τά τε φρούρια ἐφ' ὑψηλῶν ἱδρυμένα
τῶν τόπων ἀμήχανον ἡμῖν παρέξει τὴν πολιορκίαν. ὥστε ὁποτέ-
C ρως ἕξει τὸ πρᾶγμα, οὐκ εὔοδα τὰ τῆς ἀποβάσεως ἡμῖν ἀπαντᾷ

laboraret, et hostes flammae instar provinciam pervagarentur atque absumerent, habita deliberatione ii qui genere eminebant censuerunt, pecuniis illiciendum hostem, et ducum voluntates largioribus donis redimendas, priusquam illa ab iis iure belli raperentur; ductoresque promittendos, qui eos in Achaiam et Boeotiam, regionem cultam et frugiferam et amoenitatis plenam, et omnium maxime commodam ad habitandum, perducerent. Quod si auxiliis esset opus, ea quoque alacriter danda, et per omnem aetatem amicos illorum futuros se profitendum. (II.) Id et Latinis ipsis placuit; immo optatissimum fuit. „Etenim," aiebant, „si belli eventum et armorum fortunam experiamur, vastabitur provincia, opes atterentur, et ex magna copia ad summam inopiam recident, pro quibus omnis a nobis labor suscipitur. Deinde penes quem victoria futura sit, praeter Deum nemo omnium prospicit: sed haec prorsus ambigua et adhuc minime explorata. Nam quamvis plerique eventus ab hominibus ex aequo sperentur, nihilo tamen minor illis vincendi quam nobis spes proposita est. Ac neque nos futurae victoriae pignus ullum certum habemus; nec si qua illis eiusmodi fiducia est, ea falli non potest. Quippe et montium iuga aspera, quibus natura regionem undique muniit, habitatores tutos et audaces praestant; et castella in altis sita montibus obsidendi facultatem omnem nobis adimunt. Quare utcunque res ceciderit, non facile hac via nobis succedet, in alieno ac pe-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

οὕτως ἐπὶ ξένης πλανωμένοις καὶ ἀλλοτρίας καὶ τοσοῦτον τῆς οἰκείας ἀπῳκισμένοις. τῶν οὖν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη, παρὸν ἐμπλῆσαι τοσούτων χρημάτων τὰς δεξιὰς ἄνευ πόνων καὶ ἅμα συμμάχων καὶ φίλων εὐπορῆσαι τοιούτων, ἔπειτα παραδραμόντας ὑπὲρ ἀδήλων ἐλπίδων μεγάλους ἀναδέχεσθαι κινδύνους. (Γ.) Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνοι συνιδόντες καὶ οὕτω διασκεψάμενοι σπονδὰς καὶ ξυμβάσεις ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις τίθενται πρὸς τοὺς Θετταλούς· καὶ ἅμα ἦρι τά τε χρήματα καὶ τοὺς πομποὺς παρ᾽ αὐτῶν εἰληφότες D ὑπερβάλλουσι τὰ μετὰ Θετταλίαν ὄρη· καὶ διαβάντες τὰς Θερμοπύλας στρατοπεδεύουσι περί τε Λοκρίδα καὶ ποταμὸν τὸν Κηφισσόν· ὃς μέγιστος ὢν ῥήγνυται μὲν ἐξ ὄρους τοῦ Παρνασσοῦ, κάτεισι δὲ πρὸς ἕω τὸ ῥεῦμα κινῶν, καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους ποιούμενος τούς τε Ὀπουντίους καὶ Ἐπικνήμιδας Λοκρούς, πρὸς δὲ μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον τὴν μεσόγειον ἅπασαν τῆς τε Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας· μέγιστος μὲν καὶ ἀδιαίρετος ἄχρι τῶν E περὶ Λεμβαδίαν τε καὶ Ἁλίαρτον πεδιάδων τηρούμενος, ἔπειτα πρὸς δύο σχιζόμενος ῥεύματα καὶ ἐς Ἀσωπόν τε καὶ Ἰσμηνὸν μετατιθέμενος τὰ ὀνόματα· καὶ διὰ μὲν Ἀσωποῦ τέμνων τὴν Ἀττικὴν ἄχρι θαλάττης· διὰ δ᾽ Ἰσμηνοῦ τῇ τῆς Εὐβοίας θαλάττῃ σπενδόμενος περὶ τὰ τῆς Αὐλίδος προαύλια· ἔνθα πάλαι τοὺς ἐπὶ Τροίαν ναυστολοῦντας Ἕλληνάς τε καὶ ἥρωας τὰ πρῶτα προσεσχηκέναι τε καὶ αὐλίσασθαι λέγουσιν. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ τὴν F τῶν πολεμίων ἐπύθετο ἔφοδον ὁ τήν τε τῶν Ἀθηνῶν καὶ Θηβῶν διέπων ἀρχὴν καὶ τὴν χώραν ἐκείνην ἔχων ἅπασαν, ὃς δὴ καὶ

3. καὶ ἅμα — τοιούτων add. A. 13. Ἐπικνημιδίους in mg. W.
16. Λεμβαδίαν] Ita W. et cod. A. pro Λεβαδίαν. Scripsit fort. Λεμπαδίαν.

regrino solo oberrantibus, et tam longe a patria relegatis. Absurdissimum igitur fuerit, cum absque labore pecunia dexteras implere eademque opera socios nobis et amicos tales adquirere possimus, ea occasione spreta, magna pericula incerta spe subire." (III.) His illi consideratis ac perpensis pacem et foedus cum Thessalis, quibus dixi conditionibus, pepigerunt. Itaque veris initio, pecuniis et ductoribus acceptis, montes superant ultra Thessaliam sitos, et Thermopylis superatis apud Locridem et Cephissum castra ponunt. Fluvius iste permagnus e monte Parnasso erumpit, et versus ortum profluens a Septentrione Locros Opuntios et Epicnemidios, versus Austrum et meridiem mediterranea totius Achaiae et Boeotiae habet. Idem usque ad Lebadiae et Haliarti campos maximus et indivisus manet. Inde in duos amnes distractus Asopo et Ismeno suum nomen commutat, ac per Asopi quidem alveum Atticam usque ad mare secat; per Ismenum autem iuxta Aulidem (ubi olim Graecos heroas Troiam petituros primum appulisse et stativa habuisse ferunt) Euboicum mare influit. (IV.) Cum autem Thebarum et Athenarum Princeps et totius tractus illius dominus (qui, ut supra

A. M. 6791 ad 6836 μέγας μὲν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκειμεν, ἐπωνόμαστο πριμμικήριος,
τῆς δὲ λέξεως ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρείσης μέγας ἐλέγετο κύ-
ριος· οὗτος τοίνυν δίοδον μὲν αἰτήσασι τοῖς Κατελάνοις οὐ
Imp. Andron. Senioris. βεβούληται δοῦναι, ὥσθ' ὅποι βούλοιντο ἀπιέναι διὰ τῆς χώρας
P. 155 αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀλλὰ μακρὰν τὴν ὀφρὺν διὰ τῆς γλώττης ἐπι-
δειξάμενος καὶ πολὺν τὸν μυκτῆρα κατ' αὐτῶν ὡς οὐ φροντί-
δος μεγάλης μάλα ἀξίων καταχεάμενος ἤθροιζε τὰς δυνάμεις διά
τε φθινοπώρου καὶ χειμῶνος ἐς ἔαρ. παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ
Κατελάνοι ὡς ἢ τεθνηξόμενοι τῷ πολέμῳ ἢ ζήσοντες εὐκλεῶς.
A. C. 1309 (E.) Ἔαρος μὲν οὖν ἐπιγενομένου διαβάντες οἱ Κατελάνοι τὸν
Κηφισσὸν κατεστρατοπέδευσαν περὶ τὴν Βοιωτίαν οὐ πόῤῥω τοῦ
ποταμοῦ, αὐτοῦ που συστῆναι τὸν πόλεμον περιμένοντες. ἦσαν
B μὲν οὖν τῶν Κατελάνων οἱ μὲν ἱππεῖς πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι,
V. 127 τὸ δὲ πεζὸν τετρακισχίλιοι· οἷς καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων διὰ
τὴν τῆς τοξικῆς εὐφυΐαν συγκατελέγησαν. ἀκηκοότες δ' ὅσον
οὐδέπω τοὺς πολεμίους ἐφεστήξοντας ἀροῦσι μὲν τὴν γῆν ἐκείνην
ἅπασαν, ἔνθα συστῆναι τὸν πόλεμον ἔγνωσαν. ἔπειτα περιτα-
φρεύσαντες καὶ διώρυχας ἀνοίξαντες ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὅλον ἀρ-
C δεύουσι τὸ πεδίον οὕτω πλουσίως, ὥστε ἐλλιμνάζειν καὶ ἀνίσχυρον
τὴν βάσιν τῶν ἵππων ποιεῖν, συγχωννυμένων τῷ πηλῷ τῶν ποδῶν
καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐχόντων κινεῖσθαι. (ϛ'.) Καὶ μὴν δὴ μεσοῦντος
ἔαρος ἐφίσταται καὶ ὁ τῆς χώρας ἀρχηγὸς πολὺν ἐπαγόμενος στρα-
τὸν συγκεκροτημένον ἔκ τε Θηβαίων καὶ Ἀθηναίων καὶ Πλα-
ταιέων, καὶ ὅσοι Λοκρῶν καὶ Φωκέων καὶ Μεγαρέων ὑπῆρχον
D ἐπίλεκτοι. ἱππεῖς μὲν οὖν ἦσαν ἑξακισχίλιοι τούτῳ καὶ τετρα-

10. ἔαρος A., ἦρος W.

observavimus, magnus olim Primicerius appellatus fuerat, tum autem corrupta voce μέγας κύριος vulgo dicebatur) hostium adventum didicisset, Catalanis petentibus transitum dare noluit, ut quo vellent per eius territorium abirent: sed immodicum fastum verbis professus, et illos ut non magnopere curandos multo risu prosequutus suas vires per autumnum et hiemem ad ver usque collegit. Parabant sese et Catalani, ut aut statim pugnando morituri, aut victuri cum gloria. (V.) Cum autem ver supervenisset, Catalani Cephisso traiecto apud Boeotiam non procul a flumine castra posuerunt, hostem expectantes, illis videlicet locis pugnam commissuri. Erant autem Catalanorum equites ter mille et quingenti, peditum quatuor millia: in quos multi etiam e captivis ob sagittandi peritiam relati erant. Ubi hostes iamiam affuturos nunciatum est, omnem illam terram arant, ubi praelium conserere decreverant. Deinde circumfodiunt, et rivis e fluvio ductis totam planitiem ita copiose irrigant, ut stagnaret et gressum equorum instabilem redderet, quorum pedes luto infixi aegre loco moveri possent. (VI.) Vere medio ipsius regionis princeps cum magno exercitu adest, coacto ex Atheniensibus, Thebanis et Plataeensibus; item ex Locrensibus, Phocensibus et Megarensibus delectis. Equitum sex millia et qua-

dens in excellentiae tuae gurgites me paulatim immitto? Id ipsum vero est, quod initio orationis detrectabam, cum me omnibus tuis laudibus praedicandis plane imparem esse sentirem. Putabam enim, si pauca dixissem, quae ad aes alienum dissolvendum satis essent, licitum fore mihi caeteris supersedere: sed non animadverti, me id facere, quo mea opinio plurimum falleretur. Nam cum de re maxima, tua nimirum sapientia, dicere instituissem, praetermissis operibus, quae per eam geruntur et quae eam ita sequuntur, ut maiora navigia lembi: perinde me facere animadverti, ac si quis catena summa manu prehensa putaret eam sic se ablaturum, ut annuli reliqui non moverentur. Id quod incogitantiae summae fuerit, sicut et meum factum: quod tamen veniam meretur, nisi ea illi etiam negetur, qui maris ignarus in littoribus obversetur, sed in profundum pelagus sese demittere minime velit. Mihi certe quidem non a ratione alienum videtur, tuorum bonorum quasi littora ut licuit praetervecto in voti portum appellere. Deus, qui te huic Imperio et his temporibus aptissimum et opportunissimum produxit, idem tuam tuorumque Imperatoriam maiestatem in omne aevum tueatur, ut et nos perpetua felicitate floreamus."

9. Tum igitur sic accidit, ut hanc orationem haberem. Tempore autem procedente maiorem in dies erga me eius affectum ac benevolentiam

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τὸν χρόνον ἐς τὸ πρόσω προβαίνειν ξυνέβαινεν. ὥστε καὶ ἐς τὰς τῶν ἱερατικῶν με τῆς ἐκκλησίας πρώτας τιμὰς ἀνάγειν ἐσκέπτετο. ἤδη δὲ καὶ ὥσπερ ἀῤῥαβῶνά τινα τὴν τοῦ χαρτοφύλακος ἀξίαν ἔν γε τῷ παρόντι ἠνάγκαζε δέξασθαί με, ἵν᾽ εἴη τις τοῦτ᾽ εὐ- B προσωπος αὐτῷ ἀφορμὴ πρὸς τοὺς βασκαίνοντας καὶ ὑπ᾽ ὀδόντα λοιδορουμένους αὐτῷ τῆς ἡμετέρας εἵνεκα τιμῆς, ἧς παρ᾽ αὐτοῦ λαμπρῶς εὐθὺς ἐκαρπούμην, μήτε χρόνον προεισενεγκὼν, ὡς ἔθος τοῖς πλείστοις, μήτε τινὰ πολιὰν τρίχα, μήτε τινὰ τιμὴν ἱερατικήν. ηὐτρέπιζε δέ μοι ἤδη, ὡς ἐφ᾽ ἑτοίμῳ τῷ πράγματι, καὶ ἃ τῇ ἀξίᾳ προσήκοντα ἦσαν ἐνδύματα. ἐγὼ δ᾽ ἐς τὴν ἐμαυτοῦ νεότητα ἀπιδὼν καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἀωρίαν πραγμάτων παρελ- C θὼν ἔλεξα τοιάδε. (Β.) „Περὶ μὲν ἐμαυτοῦ καὶ ὡς οὔπω μοι καίρια τὰ τῆς ἱερατείας βραχύν τινα ἀποχρήσειν μοι δοκῶ τὸν ἀπόλογον. ὅ,τε γάρ μοι χρόνος οὔπω ὡραῖος πρός γε τὰ τοιαῦτα· καὶ μέντοι γε καὶ οἱ τῆς ἡσυχίας καὶ τῶν λόγων μανιώδεις καὶ
V. 170 λελυττηκότες ἔρωτες ἡβῶσιν ἔτι παρ᾽ ἐμοὶ καί με μὴ, πρὶν εἰς κόρον ἐξήκειν, παρήσειν διϊσχυρίζονται. τότε γὰρ καὶ τὰ τῆς D διανοίας τὸ ἄφετον ἕξειν καὶ ἀποχρῶν πρὸς θεοῦ λειτουργίαν. τὸ δὲ νῦν ἐμβριθεστέραν εἶναι τὴν τῶν μυστηρίων τόλμαν, ἢ ὡς ἐμέ γε ἐνεῖναι ῥαδίως ἐνέγκαι, τοῦτο δ᾽ οὖν εἰ μή τῳ δὴ τῶν πάντων ἄλλῳ, ἀλλὰ γὰρ εἴ τι τῶν ἁπάντων ἄλλο καὶ τοῦτο δὴ τῶν πάνυ τοι προδήλων ἔμοιγε. ὁπόσην γὰρ ἐχρῆν τοῦ πράγματος τὴν πεῖραν, τόσην, ὡς εἰπεῖν, ἀσκῶ τὴν ἀπειρίαν ἐν γοῦν τῷ παρόντι. τὸ δ᾽ οὕτως ἔχοντ᾽ ἀμαθῶς κατατολμᾷν τῶν θείων καὶ E ἀψαύστων, ὅμοιον ὂν ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐπεπήδα θαλάττῃ, πρὶν

expertus sum; adeo ut primos etiam Ecclesiasticos honores mihi conferre cogitaret, ac statim Chartophylacis dignitatem velut pignus quoddam accipere me cogeret; ut speciosam causam haberet ora obturandi obtrectatoribus, qui clam illi ob talem erga me affectionem conviciabantur; quod nec provecta aetate nec cano capillitio nec sacerdotio aliquo commendatus, ut plerique solerent, illa fruerer. Iam vero, ut re non dubia, etiam dignitati consentaneas vestes mihi parabat. Ego vero, cum adolescentiam meam et tempus huiusmodi rebus alienum considerassem, ad hunc modum verba feci. (II.) „Quod ad me et immaturam sacerdotio aetatem attinet, non magna opus esse arbitror excusatione. Nam et anni mei talibus rebus sunt impares et otii ac litterarum insanus ac furiosus amor adhuc apud me fervet: nec me missum facturum affirmat, priusquam iis ad satietatem fruatur. Tum enim et liberum fore meum animum et ad Dei ministerium idoneum. Nunc vero audacem mysteriorum tractationem onus esse gravius, quam ut facile illud possim sustinere, si nemo alius intelligit, ego certe sic intelligo, ut nihil magis. Nam quantam res experientiam postulant, tantae mihi sum imperitiae conscius, hoc quidem tempore. Atqui hominem adeo rudem divinis et non tangendis sese rebus ingerere, non aliud fuerit, quam si quis natandi nescius in mare desiliat:

ἢ μαθεῖν διανήχεσθαι, οὔθ' ὑγιὲς ἥγημαι καὶ οὐδὲ πλεῖστον δέω θαυμάζειν, εἴ τις ἀνάσχοιτό ποτε τοσαύτην τόλμαν ἀνασχέσθαι λογισμῷ καθεστηκότι πλήττων ἑαυτόν. ποίων μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη πρηστήρων, ποίων δ' οὐκ ἂν θαλαττίων πυθμένων τὸ πρᾶγμα ἐπάξιον; εἶεν. τό γε μὴν πρὸς ἐμὲ εὐμενὲς καὶ κηδόμενον τοῦ σοῦ κράτους καὶ πρὸς εὐποΐας πάνυ τοι σφόδρα ἐπικλινὲς καὶ ὀξύῤῥοπον, εἴπερ δή τι τῶν ἁπάντων ἕτερον καὶ τοῦτο δ' ἐν τοῖς μάλιστα ἔγωγε ἄγαμαι· καὶ οὐκ ἔχω παντοδαπὸς γιγνόμενος τίσι χρησάμενος ἐπινοίαις γνοίην ὅπως ποτὲ καὶ οἷστισι τοῖς αἰτίοις αὐτὸς χρησάμενος, ὦ βασιλεῦ, τοιοῦτός μοι γίγνῃ. ἀλλ', ὡς ἔοικε, πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην ὥσπερ πρὸς ἀρχέτυπον εὐφυῶς ἁμιλλώμενος οὐκ ἀναμένεις αἰτίας ἀεὶ περὶ πᾶν ἀγαθόν· ἀλλὰ πῇ μέν, πῇ δ' ἀναίτιος γίγνῃ καὶ σφόδρα φιλότιμος εὐεργέτης. ὃ δὴ καὶ μάλιστα πάσαις ἀρχαῖς οἰκειότατόν τε καὶ πρεπωδέστατον. τὸ γὰρ προϋπηργμένης αἰτίας εὐεργετεῖν οὐ μᾶλλόν γ' ἂν εἴη τοῦ δρῶντος, ἢ τοῦ τὴν αἰτίαν προβεβλημένου. καὶ νῦν γέγονέ σοι τὸ τῆς ἕξεως φύσις ἀμεταβλήτως ἔχουσα· καὶ ὥσπερ ἕκαστα τῶν ὄντων τὸ τῆς φύσεως ἴδιον αὐτομάτως ἀποτελεῖ καὶ ὑγραίνει μὲν ὕδωρ, κάει δὲ πῦρ καὶ τἆλλα ὡς ἡ φύσις ἑκάστῳ κεχειροτόνηκεν, οὕτω δίεισι τὸν πάντα αἰῶνα διατελοῦντα, οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεπώποτ' οὐδεμιᾶς ἀποχειροτονῆσαι δεδυνημένης τροπῆς, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς πεφυκὼς πρὸς εὐεργεσίας τοῦτο καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν, οἱονεί τι φύσεως ἄτρεπτον καὶ ἀκήρατον ἴδιον, οὐδέποτε οὐδαμῇ διαλείπεις διατελῶν. ἔνθεν τοι καὶ χάριτας ἁπάσας ἐθέλων ὁμολογεῖν, ἔπειτα τὸ πρὸς ἀξίαν οὐκ ἔχων

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 210 B C

13. ἀλλὰ πῇ μέν, supple: οὐκ ἀναίτιος. BOIV.

neque sani hominis ego esse puto et valde mirer, si quis animo constans vel cogitare tale aliquid sustineat. Quibus enim fulminibus, quibus maris gurgitibus non digna fuerit illa confidentia? Caeterum tuae maiestatis clementiam erga me, sollicitudinem et summam ad bene merendum propensionem, si quid usquam aliud vel in primis admiror: et quocunque me vertero, non habeo, quo consilio adductus, quibusve rationibus, Imperator, te mihi talem praebeas: nisi quod apparet, te cum omnium Domino ingeniose contendentem non ullas expectare beneficentiae causas: sed illud tantum spectare, qua ratione bene mereri possis. Quod sane omnibus Imperiis dignissimum est et maxime proprium. Nam beneficentiae causa suppeditata benefacere, non tam benefici fuerit, quam eius qui id meruerit: et nunc diuturna illa consuetudo tua in immutabilem naturam est mutata: et ita ut omnes aliae res sive naturae munus ultro faciunt, ut aqua humectat, ut ignis urit, eodemque modo caetera per omne aevum naturas suas retinent, nec ulla unquam vi ab iis depelluntur: sic et ipse ad benefaciendum natus neque verbis neque factis bene mereri desistis. Quare cum gratum animum declarare verbis in primis cupiam, nec id pro dignitate fa-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

οὐχ ἧττον ἐμαυτοῦ γε τῷ τε λόγῳ καὶ τῷ χρόνῳ νεμεσῶ. δυοῖν γὰρ κατ᾽ οὐδὲν οὐδέτερος ἐσάπαν ἀνέγκλητος ἔμοιγε φαίνεται. ὅ,τε γὰρ λόγος ἀνώτερος ὢν τῆς ὕλης καὶ προσήκων μᾶλλον ἀρεταῖς ἐδόκει δή μοι μηδ᾽ ὀψὲ τοῦ χρόνου μὴ τροπῇ μηδὲ φθορᾷ D τινι λατρεύσειν, ἀλλ᾽ ὁμοίως ἔχειν ἐν παντὶ διαπαντὸς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἀποφαίνειν ἀποχρώντως· ὃ δὲ λέληθεν ἤδη μεταβαλὼν καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ σοί γ᾽ ἐντετύχηκε τῷ μακρῷ θησαυρῷ τῶν καλῶν. οὕτω γὰρ ἀσθενῶς ἔσχεν, ὥστ᾽ οὐδένες τῶν αὐτῷ χρωμένων ὕμνησαν πρὸς ἀξίαν τὰ σὰ, πάλαι πολὺν ἤδη E χρόνον πειραθέντες τε καὶ πειρώμενοι. οὔκουν οὐδ᾽ αὐτὸς θαῤῥήσας ἧκον, ὡς τῆς ἀξίας ἴσως δυνησόμενος ἐφικέσθαι. καίτοι γε ἐβουλόμην γ᾽ ἂν μᾶλλον, ἢ πάντα μοι ἐγγενέσθαι χρήματα. μεγίστην γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐμοῖς παρεῖχον λόγοις τὴν εὐγένειαν, ὥσπερ ἄρα καὶ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν οἱ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἁπτόμενοι· ἀλλὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παροιμίας ἡμῖν ἀδυνάτων ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων ἕν τι τῶν πολλῶν καὶ τοῦτο κινδυνεύει F καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι. ἐνταυθοῖ δὲ τοῦ λόγου γενόμενος ἀνεμνήσθην τοῦ Ἀττικοῦ μύθου, ἐν ᾧ τὸν Μῶμον ἀχθόμενον εἰσάγει τῷ Διῒ καὶ ἀποσκώπτοντα, ὅτι μὴ συμπαρήγαγε τῷ τοσῷδε καὶ τοιῷδε κάλλει τοῦ παντὸς καὶ τὸν ἄξιον τοῦ παντὸς ἐπαινέτην. V. 171 κατὰ ταὐτὰ γάρ μοι καὶ αὐτῷ καὶ ἀποσκώπτειν ἐπῄει καὶ ἄχθεσθαι τῷ χρόνῳ νυνί. εἴπερ καὶ γὰρ ὡς τοσούτων ἀγαθῶν ἔμπλεων προήνεγκεν ἄνθρωπόν σε καὶ οἷον οὐ μέχρι σοῦ ὃ δὲ καὶ τοὺς ὑμνήσοντας ἀξίως συμπροήνεγκε, πάνυ γ᾽ ἂν ἐποίει δεδογμένα

16. καὶ τοῦτο, scilicet τὸ πρὸς ἀξίαν ὑμνῆσαι τὰ σά. Vid. Notas. BOIV.

cere possim, non minus et tempori et orationi, quam ipsi mihi succenseo, cum utrumque ex aequo reprehensione dignum existimem. Nam oratio cum materiam superet et virtutes propius attingat, diuturnitate temporis nec mutationi nec exitio fore obnoxia videbatur: sed perpetuo sibi constatura, ut vim rerum abunde exprimeret. Verum enimvero et ipsam esse mutatam, postquam ad te divitem bonorum thesaurum se convertit, animadverto. Adeo enim debilitata est, ut nemo unquam ea usus res gestas tuas pro dignitate celebrare potuerit. Quare nec ego ea spe fretus accedere potui, quamvis nihil mihi sit optatius. His enim verbis meis dignitatem maximam conciliarem, sicut ii manibus suis, qui res sacras contrectant. Sed cum multa in libris proverbia occurrant, quibus aliquid impossibile esse innuitur: e multis illis et hoc unum fortasse et est et dici potest. Hac orationis parte Atticae fabulae in mentem venit, quae Momum Jovi succensentem et illudentem facit, quod cum tanta et tali universitatis pulchritudine non etiam dignum universitatis laudatorem produxisset. Eodem enim modo et ipse tempori nunc et illudere et succensere queo, quod cum te tantis bonis refertum virum produxerit, qualem ante te neminem, si una etiam eos, qui pro dignitate celebrare te possent, genuisset, recte omnino fecisset; cum nunc pul-

τῷ προσήκοντι λόγῳ. νῦν δ' ἐξ ἡμισείας φιλοτιμεῖται τὰ κάλλιστα. πάλαι μὲν γὰρ ἐδείκνυ τῶν σοφῶν τὴν φορὰν ἐρήμην ἀξίων πραγμάτων, νῦν δὲ τὰ θαύματος ἄξια προενεγκὼν ἔλαθε καὶ τοὺς ὑμνήσοντας ἀξίως συμπροενεγκεῖν, ἄτακτά γε ποιῶν καὶ ὡς ἀληθῶς ἐπάξια τῆς ἑαυτοῦ φύσεως. ἐπίσης γὰρ ἀπολαύουσι τοῦ ἀτελοῦς καὶ λόγοι, τῶν δεξομένων πραγμάτων οὐκ ὄντων· καὶ θαυμάτων ἐπάξια πράγματα, τῶν θαυμασόντων οὐκ ὄντων, οὐδὲ παραπεμψόντων τοῖς ἑξῆς. ὡς νῦν γε μόνοι τῷ χρόνῳ τὴν χάριν ἐχόντων, ὧν οἷον κλέος ἀκούομεν ἐπί τε τῇ φρονήσει καὶ B τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς ἀρετῆς, εἰωθότι μετά γε τῆς φήμης ἐπὶ μέγα αἴρειν τὰ πράγματα· συναπιόντος μὲν τοῦ παρευθὺς ἐλέγχου τῷ θνήσκοντι· συναπιόντος δὲ καὶ τοῦ ἐκ τῆς συνηθείας ἐγγινομένου κόρου τοῖς πράγμασι. φιλεῖ γάρ πως τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ πρὸς κόρον ἀποκλίνειν καὶ μαραίνειν τὸ τερπνὸν διά τε δὴ τὸ πλείοσιν αἰσθήσεσι καὶ συνεχῶς εἰς τὸ τοῦ νοῦ συμφέρειν ταμιεῖον καὶ C ἔτι διὰ τὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ χρῆσθαι ἀκόλαστον· ὥσπερ αὖ ἐκ τοὐναντίου τὸ παρῳχηκὸς ἀκόρεστον ἀεὶ διατελεῖ διά γε τὸ σπανίως καί ποτε προσβάλλειν τῶν αἰσθήσεων μιᾷ τινι τῇ ἀκοῇ καὶ μόνῃ. καὶ μέλιτος μὲν γὰρ καὶ κρεῶν καὶ ὅσα πλουσίας τραπέζης εἰσὶν ἀναθήματα εἰς κόρον ἀπολελαυκώς τις ἐπεθύμησεν ἤδη καὶ τυροῦ καὶ θύμου· οὐχ ὅτι ταῦτα κρείττω ἐκείνων· ἀλλ' ἔδοξαν ἤδη διὰ τὸ σπάνιον τοῦ κεχρῆσθαι. εἰ δ' οὕτω ταῦτα καὶ D κόρος ἀεὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι ὁμολογεῖται, τὰ δὲ σὰ καὶ παρόντα

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 211

3. ἔλαθε pro ἐλάθετο. BOIV. 9. Non οἷον, ut W. legebat. Alludit ad Homericum illud: ἡμεῖς δ' αὖ κλέος οἷον ἀκούομεν. BOIV.

cherrimarum rerum semissem tantum ostentet. Nam olim quidem doctorum hominum proventum tulit rebus gestis destitutum: nunc cum res admiratione dignas protulerit, eos etiam, qui illas pro dignitate celebrent, gignere est oblitum, neglecto utique ordine et plane pro natura sua. Ex aequo enim imperfectae orationes sunt, cum res, quibus celebrandis adhibeantur, desunt: et res admiratione dignae, cum qui eas mirentur aut ad posteros celebrent, non reperiuntur. Itaque tempori gratias agere eos solos oportet, quorum sapientiae aut aliarum virtutum famam tantum audimus, tempori, inquam, quod una cum fama res amplificare solet. Etenim homine intereunte et praesentia indicia, quibus verum argui possit, evanescunt, et comitari solitum nimiam familiaritatem fastidium. Nam ea, quae adsunt, plerumque satietas comitatur, voluptatemque imminuit: quod et plurium sensuum adminiculo subinde animi recessibus ingeruntur et iis pro libidine et uti et abuti licet. Contra vero quae praeterierunt nihil habent fastidii, quod raro et uni fere aurium sensui offeruntur. Nam melle et carnibus caeterisque divitis mensae deliciis satiati caseum interdum et cepam desiderant: non quod haec illis praestent, sed quia ob rariorem usum videntur meliora. Quod si haec ita sunt ac illud in confesso est, praesentibus bonis

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου καὶ βλεπόμενά τε καὶ ἀκουόμενα κόρον οὐδένα τοῖς κεχρημένοις ἡμῖν οὐδεπώποτε ἐμποιοῦσιν, ὅτι μὴ καὶ πρὸς ἔρωτας ἐξάπτουσι μείζους, ὥσπερ τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα τοὺς πολλῷ τῷ δίψει καιομένους, ἤπου γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νενίκηκας μετὰ πολλοῦ τοῦ κρείττονος. οὐ γὰρ γεγηρακότων ἀνελίττειν ἔχει τις πραγμάτων κύκλους ἐπὶ σοῦ, οἷς ἔξεστι E δή που συνείρειν καὶ μυθικά τινα γοητεύματα τρυφῶντα κατὰ τῆς ἀληθείας (μὴ τοῖς λόγοις ἴσως ἀποχρώσης τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων ὕλης) καὶ ταὐτὰ τοῖς ναυτικοῖς ἐξ ἀπορίας δρᾷν, οἳ μὴ ἐξικνουμένων τῶν φόρτων ἄμμων θαλαττίων τὰ κενὰ πληροῦσι τῆς ὁλκάδος· ἀλλ' ἐν θεάτρῳ κεῖνται πᾶσιν ὀφθαλμοῖς καὶ πάσαις ἐκβοῶνται γλώσσαις καί εἰσιν οὐδένων ἐγκωμίων ἔκδημα· F μόνην δ' ἀπαιτοῦσι γλῶτταν τρόφιμον Ἀκαδημίας καὶ Στοᾶς καὶ λύχνων Δημοσθενικῶν ἀπόζουσαν. πασῶν γὰρ ὅσαι νῦν εἰσὶν ἐν λόγοις γλῶσσαι πάλαι πολλήν τινα κατεψηφίσαντο τὴν ἧτταν τῶν σῶν ἀγαθῶν αἱ πηγαί. ὥστ' οὐκ ἄτοποί τινες οὐδ' ἡμεῖς ἂν φανείημεν, εἰ τὴν γλῶτταν σχάσαντες τοῦ λέγειν ὄψει μόνῃ γε τῶν σῶν κατατρυφῶμεν. τούτου γὰρ εἵνεκα καὶ πλείοσι τοῖς αἰσθητηρίοις πρὸς τὴν τοῦ ἡμετέρου νοῦ κεχρήμεθα βελτίωσιν, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς διαδιδράσκῃ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ τὴν ἧτταν P. 212 θατέρου θάτερον ἀνακτᾶται. ἃ μὲν οὖν τῶν καλῶν ἀμφισβητησίμως πορεύεται πρὸς τὴν ἀκοὴν, εἰκότως ἂν καὶ ἑρμηνέα ζητήσειε λόγον. ἃ δὲ ἐπ' ὄψεσι κεῖται καὶ οἱονεὶ φωνὴν ἀνεκλάλητόν τινα προϊέμενα τὴν ἑαυτῶν ὑπὲρ πάντα λόγον κηρύττει λαμπρό-

23. Verba ἃ δὲ — ζητοίη add. V.

semper inesse fastidium; tua autem, quamvis diuturno iam tempore oculis et auribus nostris obversantia, nullum fastidium nobis fruentibus pariunt; quin immo ardentiorem quotidie amorem sui excitant; ut profluentes aquae hominibus siti exustis; nimirum proverbia ipsa Scripturae multum vicisti. Neque enim res vetustate obsoletas de te referre quisquam potest, quibus etiam fabulosa commenta et veritati fucum facientia possunt inseri, rerum gestarum materia forsitan orationem destituente: eodem plane modo, quo vacuae naves arena impleri solent: sed in theatro expositae sunt omnium oculis, et omnium linguis et laudibus celebrantur. Caeterum linguam requirunt in Academia et Stoa educatam et Demosthenicas lucernas redolentem. Nam bonorum tuorum fontes omnium huius aetatis eruditorum linguas iam olim demerserunt. Quas ob res ne nos quidem inepte facturi sumus, si lingua repressa tuo aspectu contenti fuerimus. Hac enim de causa pluribus sensibus ad mentis nostrae correctionem praediti sumus, ne quid eorum nos quae in mundo sunt lateat: sed quod in alio decesserit, alio pensetur. Ac ea quidem bona, quae auribus dubiis accipiuntur, recte interpretem postulant orationem: quae vero in oculos incurrunt ac muta veluti voce emissa disertius quovis eloquio suam praedicant claritatem, ea

τητα, σχολῇ γ' ἂν ἑρμηνέα ζητήσειε λόγον. εἰ δέ τις ζητοίη, A. C.
ὅμοιον ἂν ποιοίη, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ τὸν 1282
ὑπὲρ κεφαλῆς ἠξίου δεικνύειν ἥλιον διὰ σμικροῦ τινος ἄνθρακος. ad
ἄλλως τε καὶ τὰ τῶν πραγμάτων ὑπερφυᾶ καὶ λόγου νικῶντα δύ- 1328 Imp. Andron. Senioris.
ναμιν σιγῇ μᾶλλον ἁρμόττει θαυμάζειν· εἰ δ' οὖν λήσομεν V. 172
ἀντ' εὐδοξίας ἀδοξίαν πράττοντες αὐτοῖς. ἰδοὺ γὰρ ὑπερφυές τι
χρῆμα τῶν οὐρανίων καὶ ἥλιος καὶ ἄμαχόν τινα δίεισιν ἐπισυ-
ρόμενος τὴν ἑαυτοῦ λαμπρότητα. ἀλλ' οὐδείς πω μέχρι καὶ τήμε- B
ρον κατὰ τοὺς τῶν ἐγκωμίων ἐθάῤῥησε νόμους εἰς προὖπτον
ὑμνῆσαι κάλλος αὐτοῦ καὶ μέγεθος καὶ τερπνότητα. μηδὲ γὰρ
ἔχων ὅτῳ τις παραθείη τῶν ἐν κόσμῳ, πολλοῦ ἂν δεήσειε σαφῶς
τι ἀγγέλλειν περὶ ἡλίου. πολλῷ δὲ δήπου πλείονος ἢ μᾶλλον
τοῦ παντός γε δεήσειε πᾶς τις ἁρμοττούσῃ γλώττῃ διεξιέναι τὰ
σὰ, ὃς ἅπαντα τῶν ἐν ἀνθρώποις τὰ κάλλιστα καὶ ὑπερφυᾶ συλ-
λήβδην ἔχεις συλλαβών. καὶ μὴν εἰ μὲν ἀπὸ σοῦ γε ἦσαν ἠργμένοι C
τῶν ἐγκωμίων οἱ νόμοι, οὐ μόνον ποικιλώτεροι ἂν ἐγίγνοντο καὶ
πλείους τῇ τέχνῃ παρεῖχον τὰς ἀφορμάς· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νεαρώ-
τεροί σοι προσβάλλοντες καὶ ἀκίβδηλοι οὐ τελέως ἂν ἐνδεῖν ἐδό-
κουν τοῦ εἰκότος. νυνὶ δὲ καθάπερ ῥόδον μαλαχθὲν καὶ ἀπολέσαν
τὴν ὥραν ἐν οἷς οὐκ ἐχρῆν ἄλλοις μὲν δή τισι φανεῖεν ἂν ἴσως
οὐκ ἀξυντελεῖς· σοὶ δ' οὕτω καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἀξυντελεῖς,
ὥσπερ τοῖς ἀεροβάμοσι πτηνοῖς τὰ ἐκ τῶν λίνων ἐνδύματα. ὥστε
μοι διαποροῦντι καὶ ἥκιστα δυναμένῳ πρὸς ἄξιον ἀναφέρειν τὸν D
λόγον παράδειγμα χρῆσθαι ἔπεισι πολλῷ τοῦ δέοντος ἐνδέοντι.

11. πολλοῦ ἂν — ἡλίου add. V. Vid. Notas.

nequaquam interpretem orationem postulant. Ea si quis explicari sibi iubeat, perinde fecerit, ac si quis meridianum solem vertici imminentem exiguo carbunculo demonstrare instituat; praesertim cum res inusitatae magnitudinis quaeque vires orationis superant, tacite admirari magis conveniat, ne fortasse non exornemus illas, sed deformemus. Ecce in caelis quam admiranda res est sol, quod ita perambulat, ut ineffabilem splendorem secum trahat! Sed nemo in hunc usque diem secundum laudationum leges palam eius pulchritudinem et magnitudinem et iucunditatem celebrare ausus est. Nam cum nihil sit in orbe quicum conferri possit, multum aberit, ut quisquam perspicue de eo dicat. Longe vero minus vel nullo pacto potius res tuas quisquam enarrabit, qui quicquid in rebus humanis vel pulchritudine vel magnitudine excellit, es complexus. Quod si a te laudationum leges petitae essent, essent eae non modo magis variae et copiosiores et artificiosiores, sed et illustriores et sinceriores, neque a fide veri abhorrere viderentur. Nunc vero, ut rosa languida, amissa ubi non oportebat venustate, aliis fortassis usui esse videantur: tibi vero usque adeo inutiles sunt, ut aereis volucribus lineae vestes. Quare mihi dubitanti et ad quod dignum exemplar orationem referrem nescienti eo utendum esse videtur, quod sit

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, πῇ μὲν εὐποροῦντα, πῇ δ' ἀποροῦντα καὶ ἀεὶ ἄλλοτ' ἄλλως ἔχοντα. ὅθεν καὶ οὐχ ἁπλῆ τις, ὅτι μὴ καὶ μάλα γε πολύτροπος ἡ τούτων θεραπεία. ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν καὶ ὁ δεύτερος πλοῦς ἐξενήνεκται· καὶ
E τῶν πρώτων ἀποτυγχάνοντες δευτέρων ἁπτόμεθα καὶ τρίτων ἴσως. συγγένεια γάρ τις ἥκει διὰ πάντων καὶ ὁμοιότης, ἅτ' ἐκ τῶν στοιχείων, ὥσπερ ἐκ μιᾶς τινος μητρὸς καὶ ῥίζης εἰληφότων τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν. ἰδοὺ γὰρ καὶ λαμπάσι καὶ πυρσοῖς κεχρήμεθα, ἕως ἐν μὲν στερήσει τῆς τὰ πάντα βοσκούσης λαμπάδος, οἱονεί τινα δεύτερον ἐκ μηχανῆς ἥλιον πράττοντες τῇ νυκτί. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν πάντα κόσμον εἰκονίζειν ἐθέλοντες καὶ κύκλους
F καὶ κινήσεις οὐρανοῦ καὶ ὡς ἔχει σχήματος εἰς τὰ περίγεια, μικροῖς τισι σώμασι σφαιρικοῖς ὑποφαίνομεν. ἂν δὲ καὶ πρὸς ζωγράφων τέχνας ἀπαγάγωμεν τὸν λόγον, ἐνταῦθα δὴ καὶ ἀφθονίαν εἰκόνων καὶ παραδειγμάτων εὑρήσομεν καὶ σκηνὴν ὡς ἀληθῶς ὑποκρίσεως γέμουσαν καὶ ἀμωσγέπως τοῖς χρώμασιν ἐπιπλανωμένας ἔχουσαν τἀληθοῦς τὰς ἐμφάσεις. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸν τοῦ παντὸς ὑποκρινόμενοι δημιουργὸν ἐκεῖνοι, ἔπειτα μήτε
P. 213 πνοὴν αἷς δημιουργοῦσι σκιαῖς δεδυνημένοι χαρίζεσθαι, μήτε ζωογόνον τοῖς σπέρμασιν ἥλιον, παίζουσιν οἱονεὶ ταῖς ὕλαις καὶ τοῖς χρώμασι· καὶ τῇδε μὲν ἐκ γῆς ἀνάγουσι τὸν σῖτον δῆθεν ἔτι χλοάζοντα καὶ γαλακτοτροφούμενον, τῇδε δ' αὖ τελεσφόρον δεικνύουσι, μήθ' ὑπὸ καλάμῃ καὶ φλοιῷ καὶ ἀνθέριξιν ἔτι καλύπτεσθαι θέλοντα καὶ μονονοῦ τὸ δρέπανον προκαλούμενον· καὶ ταῦτα

13. **ὑποφαίνομεν Boiv. pro ὑπερφαίνομεν.**

longe inferius. Ita enim sunt res humanae, ut alias copia abundent, alias penuria laborent et subinde aliter atque aliter sese habeant. Quare medicina illis non simplex, sed varia est adhibenda, unde illud proverbium: ὁ δεύτερος πλοῦς. Et si hac minus successit, res alia via aggredienda. Est enim omnium rerum cognatio quaedam et similitudo, propterea quod ex iisdem elementis omnes constant. Ecce enim facibus et rogis utimur, cum solis splendore destituimur et noctu veluti alium quendam solem machinamur. Atque etiam cum totum mundum exprimere studemus ac circulos et motiones caeli et cum terra configurationes, parvis quibusdam eum globulis adumbramus. Quod si ad pictorum artes sermonem transtulerimus, ibi vero imaginum et exemplorum copiam inveniemus et vere scenam quandam arte histrionica refertam, quae indicia quaedam veritatis utcunque coloribus nonnullis repraesentet. Nam cum alia, tum universitatis huius architectum imitantes, cum neque spiritum iis, quas faciunt, umbris impertiri possint, neque vivificum seminibus solem: in materia colores, ludi et ioci quidam sunt illorum. Ac inde quidem germinantem segetem e terra producunt et herbescentem viriditatem: illic vero adultam ostendunt, quae neque culmo, neque spicis, neque aristis iam se contineri velit et falcem tantum non

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ποιοῦσι μήθ᾽ ὥραν περιμένοντες, μήτ᾽ ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσεις, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας ἐνίοτε βλάστην τε σίτου καὶ ἅλωνος ὥραν δεικνύντες. καὶ ἡμεῖς τοιγαροῦν μὴ δυνάμενοι τἀκριβοῦς ἐν τῷ παρόντι κατευστοχεῖν δεύτερον μέτιμεν πλοῦν· καὶ παραδείγμασι κεχρήμεθα πρὸς ἀληθείας ἔνδειξιν οὐ μάλα μὲν ἀξίοις, B μάλα δ᾽ ἀπὸ γνώμης ἀκιβδήλου. νῦν γὰρ ἔδει κατ᾽ οὐρανὸν τοὺς μεγέθει καὶ κάλλει διαπρεπεῖς τῶν ἀστέρων ἐφ᾽ ἕνα τινὰ τοῦ οὐρανίου ξυνεληλυθότας σώματος τόπον διαζωγραφῆσαι καὶ ἀσφα- C λέστατα ἐγχαράξαι τῶν σῶν γνωρισμάτων τὰ κάλλιστα, ἵν᾽ ὥσπερ τὴν τοῦ θεοῦ διηγοῦνται δόξαν οἱ οὐρανοὶ, οὕτω καὶ τὸ σὸν V. 173 διατρανοῦντες εἶεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἐξελιγμοῖς ἀεὶ καὶ περιφανέστατον αὐτοκρατορίας ἀρχέτυπον σὲ τοῖς ἐφεξῆς προβαλλόμενοι. νῦν ἔδει πάντας ἀνθρώπους ἐφ᾽ ἕνα τινὰ τοῦ ἐπιγείου ξυνεληλυθότας σώματος τόπον εὐχήν τινα μίαν ταύτην ποιήσασθαι πρὸς τὸν παρασχόμενόν σοι τὸ βασιλεύειν, δι᾽ αἰῶνός D σοι καὶ τὸ ζῆν παρασχεῖν καὶ διαμένειν διδάσκαλον τῶν ἐθελόντων ἄρχειν ἑκασταχοῦ, οἷα γυμναστήν τινα πάσης ἀρετῆς καὶ παγκόσμιον Ἑλλανοδίκην. νῦν ἔδει πᾶσαν ἀνθρωπίνην γλῶτταν τὴν ἐμὴν ἀνειληφέναι γνώμην, πρύτανιν τῶν λεγομένων, ἵνα ἦν ἐντεῦθεν καὶ κοινή τις τελετὴ καὶ πανήγυρις καὶ συμφωνία παγκόσμιος ὑπὲρ σοῦ καὶ τῶν σῶν. οὐκοῦν ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ἐν τῷ παρόντι E ἡμῖν ὡμολόγηται, μεῖζον ἢ κατὰ λόγον δύναμιν εἶναι τῶν σῶν ἐγκωμίων τὸ μέγεθος καὶ οὐδὲ πολλαῖς γλώσσαις ἁλώσιμον, εἰ τὴν ἀξίαν ζητοίη τις, λοιπὸν ἂν εἴη καταλύειν ἐνταῦθα τὸ τῆς

flagitet: eaque faciunt nec tempore expectato, nec astrorum exortu vel occasu: sed uno saepe die et segetem germinantem et maturum frumentum ostendunt. Ad eundem modum et nos, qui veritatem assequi nequimus, id facimus quod licet, exemplisque utimur, indignis illis quidem, sed ex animo sincero depromptis. Nunc enim oportebat stellas magnitudine et splendore illustres in unum caeli locum coeuntes signis et characteribus certis ea, quae in te singularia et pulcherrima sunt, describere, ut quemadmodum Dei gloriam caeli enarrant, ita et tuam memoriam in omnibus suis conversionibus explicarent et illustrissimum Imperatoriae maiestatis archetypum te posteritati proponerent. Nunc omnes homines in unum aliquem telluris congressos locum unum hoc votum facere oportebat ad eum, qui tibi potestatem istam dedit, ut et immortalem tibi vitam donaret, quo magister eorum esses, qui ubivis terrarum regnare vellent, velut omnis virtutis gymnastae et universali Hellanodicae. Nunc omnis humana lingua debebat meum assumere animum, eorum quae dicerentur promum, ut inde communis quaedam festivitas et solennitas et totius mundi de te et tuis consensio existeret. Caeterum, quia iam confessi sumus, ampliorem esse laudum tuarum magnitudinem, quam quae oratione comprehendi queat, ac ne multis quidem linguis edisseri, si quis dignitatem spectet: id scilicet restat, uti iam vel

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

γνώμης καὶ ἄκοντας πρόθυμον. μανία γὰρ σαφὴς ἂν εἴη τὸ τοῖς ἀδυνάτοις ἄντικρυς ἑκόντας ἐγχειρεῖν." (Γ.) Ἐμοὶ μὲν οὕτω τὰς διδομένας ἀπηγορευκότι τιμὰς βίαν ἐπενεγκεῖν ὁ βασιλεὺς ἠβούλετο μέν, δεῖν δ' ὅμως οὐκ ἔκρινεν· ἀλλ' ἡσύχασε ταμιευσάμενος εἰς ἕτερον τὸ πρᾶγμα καιρόν.

P. 214 ι'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τῇ Κωνσταντινουπόλει κατὰ πάροδον ἐπιδεδημηκότας ἐθεασάμεθα θαυματοποιόν τινα τέχνην ἐξησκημένους ἄνδρας οὐ μείους τῶν εἴκοσιν· οἵους οὐδείς πω τῶν ἡλικίᾳ προβεβηκότων οὔτ' ἀκοῇ ἔσχεν, οὔτ' ὄψει τεθέαται. οὓς πρῶτα μὲν ὁρμηθέντας ἐξ Αἰγύπτου καὶ ὥσπερ τινὰ κύκλον ποιησαμένους διελθεῖν ἐξεγένετο πρὸς μὲν ἕω καὶ ἄρκτους τὴν ὁδὸν B ποιουμένους, Χαλδαϊκήν τε καὶ Ἀραβίαν καὶ Περσικὴν Μηδικήν τε καὶ τὴν τῶν Ἀσσυρίων γῆν· πρὸς δ' ἑσπέραν ἀποκλίναντας τὴν περὶ τὸν Καύκασον Ἰβηρίαν Κολχικήν τε καὶ Ἀρμενίαν, καὶ ὅσα μέχρι Βυζαντίου μεταξὺ κατοικοῦσιν ἔθνη, καὶ πάσαις χώραις καὶ πόλεσι τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι τέχνην. τὰ μέντοι τελούμενα ὑπ' αὐτῶν τερατώδη μὲν ἦσαν καὶ θαύματος πλήρη, οὐ μὴν δαιμονικῆς τινος μαγγανείας μέτοχα, ἀλλ' ἐπιτηδεύματα φύσεως δεξιᾶς, ἐγγυμνασθείσης ἐκ πλείονος ἐς ἔργων τοιούτων C ἄσκησιν. ἵνα δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ τινὰ τῶν πολλῶν διεξέλθωμεν, ἦσαν τοιάδε. (Β.) Ὁλκάδος ἱστούς τινας δύο καὶ τρεῖς λαμβάνοντες καὶ ὀρθίους ἐπὶ δαπέδου τινὸς ἱστῶντες καλωδίοις ἔνθεν κἀκεῖθεν ὑπήρειδον, ὅσον μὴ ἐπὶ θάτερα περιτρέπεσθαι. ἔπειτα σχοῖνον ἑτέραν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἱστοῦ κορυφῆς ἐς τὴν τοῦ ἑτέρου

inviti alacritatem animi nostri omittamus. Manifesti enim furoris fuerit, ea suscipere ultro, quae nullo modo sustineri queant." (III.) Cum igitur oblatos honores nos ad hunc modum recusassemus, vim quidem afferre nobis voluit Imperator: sed cum id non oportere fieri censeret, quievit, re in aliud tempus reiecta.

10. Sub hoc tempus Constantinopolin obiter ingressos vidimus mirabilium operum arte instructos viros, non pauciores viginti; quales nemo unquam provectae aetatis homo vel audierat vel viderat. Qui primum ex Aegypto progressi veluti circulum quendam confecerant; ac versus quidem Orientem et Septentrionem Chaldaeam, Arabiam, Persidem, Mediam et Assyriam peragraverant; deinde deflexo ad occasum itinere Iberiam Caucaso finitimam, Colchidem, Armeniam, caeterasque gentes pervagati, quae inde Byzantium usque habitant, artem suam in omnibus provinciis ostentarant. Quae autem ab illis agebantur, erant illa quidem monstrosa et sane mirabilia; non tamen quicquam cum diabolicis praestigiis commune habebant: sed erant studia quaedam dextri ingenii, longo tempore in huiusmodi rebus versati. Ut autem breviter pauca ex illis narremus, en qualia ab iis spectacula exhibebantur. (II.) Navis onerariae malos binos vel ternos, alicubi in solo fixos et erectos, funibus hinc inde firmabant, ne in alteram partem inclinarent. Deinde funem alium ex unius mali cacumine in alte-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

διέτεινον· καὶ πρὸς τούτοις ἕτερον σχοῖνον ἀπὸ κρηπῖδος ἄχρι κορυφῆς περιελίσσοντες βαθμίδας τινὰς ἑλικοειδεῖς ταῖς αὐτῶν ἀναβάσεσιν ἔπραττον, δι' ὧν ἀνιὼν εἷς ἐξ αὐτῶν ἵστατο ἐπ' ἀκροτάτῃ καὶ γυμνῇ τῇ κορυφῇ τοῦ ἱστοῦ, νῦν μὲν θατέρῳ τοῖν ποδοῖν, νῦν δ' ἄνω μὲν ἄμφω τοὺς πόδας πρὸς οὐρανὸν ἐξαπλῶν, D τὴν δὲ κεφαλὴν κάτω πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ ἱστοῦ προσερείδων. V. 174 ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἅλματι χρώμενος αἰφνιδίῳ μιᾷ χειρὶ τῆς σχοίνου στεῤῥῶς ἐδράττετο καὶ ἐξήρτητο· καὶ πολλὰς οὕτω τὰς περιστροφὰς καὶ περιδινήσεις ἐποίει, ἄνω τε πρὸς οὐρανὸν καὶ κάτω πρὸς E γῆν τοὺς πόδας ἐν βραχεῖ καὶ συνεχῶς περιστρέφων δίκην τροχοῦ. ἔπειτ' ἀντὶ χειρὸς κοίλῃ τῇ κνήμῃ τῆς σχοίνου δραττόμενος ἐξήρτητο κύμβαχος· καὶ οὕτως αὖθις ὁμοίως τὰς περιστροφὰς καὶ περιδινήσεις ἐποίει. ἔπειτα ὄρθιος ἐπὶ μέσης τῆς σχοίνου ἱστάμενος καὶ λαμβάνων τόξον καὶ βέλη κατὰ σημείου τινὸς ἐτόξευε πόῤῥω P. 215 κειμένου· καὶ ἔβαλλεν οὕτω πάνυ τοι εὐστοχώτατα, ὡς οὐδ' ἐπὶ γῆς ἱστάμενος ἕτερος. ἔπειτα μύων τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ λαμβάνων ἐπὶ τῶν ὤμων παιδίον ἐναέριόν τινα τὴν πορείαν ἐβάδιζεν ἐπὶ τῆς σχοίνου ἐξ ἑνὸς ἱστοῦ πρὸς τὸν ἕτερον. καὶ ταῦτα μὲν οὗτος ἐποίει. (Γ.) Ἕτερος δ' ἐφ' ἵππου καθήμενος τρέχειν ἐμάστιζε· καὶ τοῦ ἵππου τρέχοντος ὄρθιος αὐτὸς νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἵστατο, νῦν δ' ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἵππου χαίτης, νῦν δ' B ὄπισθεν ἐπὶ τῶν τοῦ ἵππου γλουτῶν, εὐφυῶς ἀεὶ παραλλάττων τοὺς πόδας καὶ ὥσπερ ἱπτάμενος δίκην πτηνοῦ· νῦν δ' αὖθις ἀποβαίνων τοῦ ἵππου τρέχοντος καὶ τῆς οὐρᾶς δραττόμενος καὶ ἐναλ-

3. εἷς add. A. 4. θάτερον W. in mg. 12. καὶ ante περιδινήσεις add. A.

rius cacumen extendebant; praetereaque alium funem a solo ad cacumen circumplicantes gradus quosdam in gyri speciem, quibus ascenderent, faciebant: per quos unus ex iis cum evasisset, nudo cacumini mali insistebat, nunc altero in pede stans, nunc ambos versus caelum distendens, caput vero deorsum versus ad mali cacumen applicans: post subito saltu facto, unaque manu fune fortiter comprehenso, inde pendebat; et ita saepe sese rotabat et circumvolvebat ac sursum versus caelum et infra versus terram paulo momento et continenter rotae in morem pedes circumagebat. Deinde non manu, sed inflexo crure, reste apprehensa, supinus dependebat; atque ita rursus eodem modo rotabat se ac circumvertebat. Mox rectus in medio fune stans, arrepto arcu et sagittis, ad scopum eminus positum collimabat, adeo solerter, ut qui humi consisteret melius non posset. Deinde clausis oculis accepto in humeros puero quasi viator quidam aërius per funem gradiebatur ab altero malo ad alterum. Et haec quidem iste. (III.) Alius autem equo insidens ad cursum illum extimulabat; eoque currente nunc erectus in sella stabat, nunc ante in iuba, nunc retro in clunibus, pedibus semper dextre implexis, et velut avis in morem volitans. Nunc ex equo currente descendens, eiusque cauda prehensa insiliens, rursus in sella se-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

λόμενος ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος αὖθις ἑωρᾶτο καθήμενος. κἀκεῖθεν αὖθις χαλῶν ἑαυτὸν ἐκ θατέρου τῆς ἐφεστρίδος μέρους καὶ κάτωθεν διὰ τῆς τοῦ ἵππου κοιλίας περιστρεφόμενος εὐπετῶς ἐκ θατέρου μέρους ἀνῄει καὶ ἐπωχεῖτο αὖθις. τούτοις δ᾽ ἀσχολῶν ἑαυ- C τὸν οὐδὲ τοῦ τὸν ἵππον πρὸς δρόμον ἐπείγειν ἠμέλει τῇ μάστιγι. ταῦτα μὲν δὴ καὶ οὗτος τῶν τερατοποιῶν ἐκείνων ἐποίει. (Δ.) Ἕτερος δ᾽ ἐπὶ τῇ κορυφῇ ἑαυτοῦ ῥόπαλον πηχυαῖον ἱστῶν καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ ῥοπάλου ἄκρῳ ἀγγεῖον ὑγροῦ μεστὸν περιῄει διασώζων ἀκλόνητον τὸ ἀγγεῖον ἐπιπολύ. ἕτερος δ᾽ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κορυφῆς καὶ αὐτὸς ἱστῶν δόρυ μακρὸν, οὐ μεῖον τριῶν ὀργυιῶν, περιειλημένον D σχοινίῳ κάτωθεν ἄνω δίκην βαθμίδων, δι᾽ ὧν χερσί τε καὶ ποσὶ περιδραττόμενος παῖς τις, ὁ μὲν παῖς ἀνῄει βραχὺ παραλλάττων ἀεὶ χεῖρας καὶ πόδας ἄχρι τοῦ ἄκρου τοῦ δόρατος καὶ αὖθις ἐκεῖθεν κατῄει· ὁ δ᾽ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἔχων τὸ δόρυ περιῄει βαδίζων διηνεκῶς. ἕτερος δ᾽ ἐξ ὑέλου σφαῖραν ἔχων ἄνω πρὸς ὕψος ἐῤῥίπτει· καὶ κατιοῦσαν νῦν μὲν ἄκρῳ τῷ τῆς χειρὸς ὄνυχι ἐδέχετο, νῦν δὲ τῷ ὀπισθίῳ ἄκρῳ τοῦ ἀγκῶνος, νῦν δ᾽ ἄλλως καὶ ἄλλως. E ἐῶ λέγειν τὰ τῆς ὀρχήστρας διάφορα εἴδη, καὶ ὅσα ἐφ᾽ ἡμῶν ἐξετέλεσαν ἕτερα τῶν ἐπιτηδευμάτων. καὶ οὐχ ἕκαστος ἓν μόνον ἀπολαβὼν ἐγίγνωσκεν ἐπιτήδευμα, ἀλλ᾽ ἕκαστος ἅπαντα· οὐδ᾽ ἃ διεξῄειν μόνα ταυτὶ ᾔδεσαν, ἀλλὰ μυρία ἕτερα. (Ε.) Οὐκ ἀκινδύνων δ᾽ ὄντων τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων οὐδ᾽ αὐτοί γε ἀκίνδυνοι διεγένοντο· ἀλλὰ κρημνιζόμενοι πολλάκις τινὲς διεφθείροντο. πλείους γὰρ τῶν τεσσαράκοντα τῆς πατρίδος ἑαυτῶν ἐξεF ληλυθότες μείους τῶν εἴκοσιν ἐς Βυζάντιον διεσώθησαν. ἐθεασά-

dens conspiciebatur: et inde rursus ex altera sellae parte se demittens, et circum equi ventrem se circumagens, facile ex altera parte ascendebat ac rursus in eo vehebatur. Quibus rebus cum occuparetur, ne id quidem negligebat, ut equum flagello ad cursum incitaret. Et haec alter e monstrificis illis hominibus faciebat. (IV.) Alius vero cubitali clava capiti imposita, ac vase humoris pleno in eius summa parte collocato, ita circumibat, ut vas diu immotum servaret. Alius et ipse longam hastam in capite suo statuebat, tribus orgyiis non breviorem, fune inferne versus apicem circumplicato graduum instar: quos puer manibus et pedibus ascendebat paulum alternantibus usque ad hastae cacumen, et rursus inde descendebat. At qui hastam in capite gerebat, continenter obambulabat. Alius vitreum globum in altum iactabat et relabentem nunc extremo manus ungue excipiebat, nunc posteriore cubiti parte, nunc aliter atque aliter. Omitto saltationum varia genera caeterasque exercitationes, quascunque illi nobis spectandas exhibuerunt. Neque vero singuli ea singula, sed omnes universa callebant: neque ea quae exposui tantum, sed alia sexcenta sciebant. (V.) Sed cum ea studia periculosa sint, ne ipsi quidem periculorum expertes fuerunt; sed saepe praecipitati aliqui perierunt. Nam cum amplius quadraginta patria excessissent, pauciores viginti Byzantium pervenerunt.

μεθα δὲ καὶ ἡμεῖς ἕνα τοῦ ἱστοῦ πεπτωκότα τε καὶ θανόντα. πολλὰ τοίνυν ἐκ τῶν θεωμένων συνάγοντες χρήματα περιήεσαν πανταχῇ τῆς γῆς, ἅμα μὲν κέρδους ἕνεκα, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐπιδεικνύμενοι τέχνην. ἄραντες δ' ἐκ Βυζαντίου διὰ Θράκης καὶ Μακεδονίας ἀπήεσαν ἄχρι Γαδείρων, μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῆς ἑαυτῶν τέχνης ποιούμενοι θέατρον. (ϛ'.) Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις οἱ Τοῦρκοι κατεγνωκότες οὕτω νοσοῦντα καὶ λίαν P. 216 αἰσχρῶς τὰ Ῥωμαίων διακείμενα πράγματα ναυπηγεῖν ἤρξαντο V. 175 καὶ ἐπιβαίνειν θαλάσσης ἀδεῶς τε καὶ κατὰ πλῆθος. καὶ ναυλοχεῖν μὲν ἀνιούσας καὶ κατιούσας ὁλκάδας· κατατρέχειν δὲ καὶ Μακεδονίαν καὶ Θράκην· κατατρέχειν δὲ νήσους μικράς τε καὶ μείζους καὶ πάντ' ἐπιφέρειν ἐπὶ χειρίστοις ἀεὶ τὰ χείριστα, ὡς τῶν βασιλικῶν σπανιζόντων ἐντεῦθεν χρημάτων τὰ τῶν πάλαι βασιλέων κειμήλια δι' ἀνάγκην ἐνδείας πιπράσκεσθαι.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ια'. Ὅ γε μὴν μέγας δοὺξ ὁ Συργιάννης ὁρῶν οὐ κατὰ γνώμην B αὐτῷ χωροῦντα τὰ πράγματα (ὁ μὲν γὰρ ᾤετο παραδυναστεύειν καὶ ἄγειν καὶ φέρειν ὡς αὐτὸς ἐθέλοι τὰ πράγματα καὶ μηδὲν ἢ μικρὸν ἢ μέγα διατελεῖσθαι τῶν πάντων ἀγνοοῦντος αὐτοῦ· ἔπειτα παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἑώρα τὴν βασιλέως γνώμην ὁλοσχερῶς Καντακουζηνῷ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ μόνῳ προστιθεμένην) ἐπίμπρατο τὴν καρδίαν καὶ διῆγεν ἐσκυθρωπακὼς καὶ ἀνιώμενος καὶ C ἐσκοπεῖτο καθ' ἑαυτὸν, πῶς ἂν ἀμύναιτο τὸν βασιλέα· ὃς ὧν ὑπισχνεῖτο πρότερον νῦν ἐν τοῖς ἔργοις οὐδενὸς ἐμέμνητο, ἀλλὰ πάντ' ἦν δρῶν τἀναντία παρορῶν τε αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν

Vidimus et nos unum malo delapsum interire. Magnam itaque pecuniam a spectatoribus colligendo quovis terrarum proficiscebantur, partim lucri faciendi causa, partim artis suae ostentandae gratia. Digressi autem Byzantio per Thraciam et Macedoniam Gades usque pervenerunt, toto fere terrarum orbe artis suae theatro constituto. (VI.) His temporibus Turci, animadverso afflicto et turpi Romani Imperii statu, aedificare classes et ingredi mare coeperunt, idque impune et magno numero, et naves onerarias ascendentes ac descendentes intercipere atque etiam Thraciam et Macedoniam incursare; insulas item tam magnas quam parvas; et maximas clades maximis subinde cumulare non destiterunt. Unde factum, ut exhausto fisco veterum Imperatorum ornamenta urgente inopia divendere necesse esset.

11. Caeterum magnus Dux Syrgiannes, rebus non ex sententia succedentibus (putaverat enim, se veluti consortem Imperii fore, et suo arbitratu moderaturum omnia, neque parvum aut magnum quicquam se nesciente actum iri: videbat autem praeter omnem expectationem animum Imperatoris Cantacuzeno magno Domestico prorsus esse devinctum), dolore atque invidia aestuabat, ac moestus secum meditabatur, quomodo ulcisceretur Imperatorem, qui eorum quae verbis ante promisisset nunc re ipsa nullius meminisset, sed contraria potius omnia faceret: quippe a quo ut unus e

A. M. καὶ μηδενὸς κοινωνῶν αὐτῷ βουλεύματος. ἔγνω τοίνυν τῷ γηραιῷ
6791 ad προστεθεὶς βασιλεῖ πάντ' ἐν βραχεῖ τὰ τοῦ νέου ἀνατρέψαι δια-
6836 βούλιά τε καὶ πράγματα. οὐ γὰρ θεῷ τὰς τῶν πραγμάτων αἰτίας
Imp. Andron. Senioris. ἀνετίθει· ἀλλ' ὅποι ῥέψειεν αὐτὸς, ἐκεῖ καὶ τὸ ἰσχυρὸν τῶν πρα-
D γμάτων καθάπερ ὑπ' ἀνάγκης φέρεσθαί τινος ἐνόμιζε. πέμπει
τοίνυν τινὰ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ λάθρα, ἐροῦντα τῷ γηραιῷ
βασιλεῖ τὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ καὶ ὅπως ἔχει τὰ καθ' αὑτόν· προσε-
P. 217 τεθείκει δὲ διὰ τὸ τῆς πίστεως ἰσχυρὸν καὶ ὡς οὐκ ἀνέχομαι
βλέπειν τὸν νέον βασιλέα πειρῶντα τῆς ἐμῆς γυναικός. (B.) Τῷ
μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ οὕτως εὐφρόσυνος ἡ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἔδοξε
γνώμης μετάθεσις, ὡς τοῖς ὑφ' ἡλίῳ καιομένοις ὥρᾳ θέρους ζέφυ-
ρος καὶ τοῖς δίψει φλεγμαίνουσι πόμα ψυχροῦ. οὐδὲ γὰρ οὐδ'
V. 176 αὐτὸς ἀνέχεσθαι πλέον ἤδη ἐδύνατο, ἑαυτόν τε περιφρονούμενον
B καὶ ἐμπαιζόμενον οὕτω βλέπων καὶ ἅμα τοὺς περὶ αὐτὸν μικρούς
τε καὶ μείζους ἀφαιρεθέντας ὑπὸ τοῦ νεωτέρου τοὺς τῶν οἰκείων
χωρίων κλήρους κἀντεῦθεν περιϊόντας οἷά τινας ὑπὸ λιμοῦ τετα-
ριχευμένους. ὅρκοι τοίνυν φρικώδεις ἀπ' ἀλλήλων ἐς ἀλλήλους
κρύφα διαβάντες ἠνάγκασαν τὸν Συργιάννην σπουδῇ προκαταστή-
σαντα ἑαυτὸν οἴχεσθαι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν. ὃ δὴ καὶ τὴν
ταχίστην αἰσθομένου μηδενὸς ἐγεγόνει. ῥέουσα δ' ἡ φήμη
C εὐφροσύνης τῶν πλείστων ἐνέπλησε τὰς καρδίας, ἐλπισάντων
αὐτίκα πρὸς τὸν γηραιὸν αὖθις ἐπανήξειν τὰ πράγματα βασιλέα,
καθάπερ κύβου μεταπεσόντος, καὶ ἀποδοθήσεσθαι τὰ περὶ Θρᾴ-
κην καὶ Μακεδονίαν χωρία τοῖς προϋπάρξασιν ἐς τὸν κλῆρον.

15. *τοῦ νεωτέρου* A. et W. in mg. pro *τῶν νεωτέρων*.

multis despiceretur, nec ulli consultationi socius adhiberetur. Decrevit igitur se ad seniorem Imperatorem conferre, ac brevi tempore omnia consilia, res omnes iunioris evertere. Neque enim quicquam ad Deum referebat: sed quo ipse inclinasset, eodem etiam negotia omnia necessario inclinatura putabat. Quodam itaque ex intimis suis ad seniorem misso, animi sui affectum et quo loco sint res suae clam indicat; et quo maior fides habeatur, illud praeterea addit, se ne vultum quidem adolescentis intueri posse, a quo uxoris suae pudicitia tentaretur. (II.) Ea Syrgiannis immutatio tam grata seniori Imperatori fuit, quam per aestatem ex solis ardore aestuantibus Favonii flatus et siti confectis frigidae haustus. Nam nec ipse diutius ferre poterat, se ita negligi et deludi; et homines sibi addictos, summos pariter et infimos, praediorum suorum possessione a iunioribus spoliatos et tantum non fame enectos circumire. Quas ob res sanctissimo iureiurando clam ultro citroque misso Syrgiannes coactus est rebus suis celeriter compositis venire Byzantium: idque citra moram ignaris omnibus factum. Quod cum fama vulgasset, plurimorum animi maiorem in modum exhilarati sunt, summam rerum statim velut tessera inversa ad senem redituram esse sperantium, veteresque possessores Thracica et Macedonica

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τῷ θείῳ σκοπῷ δεδογμένα ταῦτα οὐκ ἦν, μάταιος ἐν βραχεῖ τῶν πεπραγμένων ἔδοξεν ἡ σπουδὴ, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν. (Γ.) Ὁ μέντοι βασιλεὺς ὁ νέος εἰδὼς ἐκ πολλοῦ τοὺς Βυζαντίους ὅλαις γνώμαις προστιθεμένους αὐτῷ καὶ λάθρα προσκαλουμένους, ἐπειδὴ πρόφασιν ἤδη τὴν τῆς εἰρήνης ἔλαβε σύγχυ- D σιν, ἐπὶ τοῦτο πορεύεται μετὰ παντὸς τοῦ Θρᾳκικοῦ στρατεύματος, καὶ ἐλθὼν στρατοπεδεύεται περί που τὰ προαύλια τῆς τοῦ Κοσμιδίου μονῆς· ἀφ' οὗ καὶ τὰ βασίλεια καθεώρα τριάκοντά που σταδίους τούτων ἀφεστηκώς. αὐτὸς μὲν οὖν αὐτοῦ δύο διήνυσεν (A. C. 1322 hieme.) ὅλα νυχθήμερα, ψυχροτάτου κατ' αὐτῶν ἀντιπνέοντος τοῦ βοῤῥᾶ, E κατ' αὐτὴν τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος ὄντος τοῦ χρόνου. οἱ δὲ φύλακες πανταχόθεν διανειμάμενοι τὰς ὁδοὺς ἐτήρουν, μὴ λάθῃ καταστρατηγήσας αὐτοὺς ὁ Συργιάννης ἔξω τηνικαῦτα περὶ τὴν Πέρινθον διατρίβων καὶ πειρώμενος ὑποσχέσεσι χρηστοτέραις τὰ πέριξ ἐφελκύσασθαι φρούρια. τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ τριακοσίους ἀπολεξάμενος ὁπλίτας ὁ Συργιάννης καὶ ἐξ ἑσπέρας ἐξιππασάμενος ἧκε F πρὸς τὸ Βυζάντιον, πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, πάντας ἐκείνους τοὺς βασιλικοὺς ὁδοστάτας καὶ φύλακας ὥσπερ ὑπνοῦντας ἄρδην συνειληφώς. καὶ εἰ μὴ διεκώλυεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς, καὶ ἐπεισπεσεῖν αὐτοῖς ἐβούλετο ἔτ' ἀγνοοῦσι τὸ δρᾶμα. ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο καὶ τὴν τοῦ Συργιάννη παράδοξον καὶ αἰφνίδιον ἠκηκόεισαν ἔφοδον, ἔβλεπον δὲ καὶ ἄλλως οὔτε τοὺς Βυζαντίους ἀνύοντας λάθρα τι ὑπὲρ αὐτοῦ, μήτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέ-

18. συνειληφὼς] διεληλυθὼς vel λεληθὼς W. in mg. 23. μέλλοντας W.

praedia recuperaturos. Sed cum idem Deo visum non esset, mox inani studio acta ea fuisse apparuit, ut progressu orationis a nobis exponetur. (III.) Enimvero iunior Imperator, qui longo iam tempore sciret, Byzantios sui studiosissimos esse, quippe a quibus clam arcesseretur, turbatae pacis occasione usus ad Urbem accedit, et omni Thracio exercitu secum adducto prope Cosmidii monasterium castrametatur: unde palatium conspiciebat triginta circiter stadiis distans. Ac ipse quidem ibi biduum totidemque noctes subsistit, frigidissimo spirante Borea, ipsius brumae tempore. Excubitores vero in viis circumcirca distributi observabant, ne ipsos aliquo stratagemate deciperet Syrgiannes, qui tum Perinthi versabatur et circumiacentia castella melioribus promissis in fide retinere conabatur. Tertia vero nocte Syrgiannes trecentis armatis delectis circa vesperam equitando provectus ante solis ortum Byzantium pervenit, omnibus illis Imperatoris excubitoribus ac stationariis militibus, non secus ac si somno oppressi fuissent, interceptis. Et ni senex Imperator vetuisset, impetum in eos isitus facinoris adhuc ignaros facturus fuit. Sed cum diluxisset, audita Syrgiannis inexpectata incursione, cum nec Byzantii ulla re iunioris Andronici conatus iuvarent, nec ipse Imperator istos (eos nimirum, qui cum iuniore erant) facti poenitentes recepturus esse videretur, fugam arripuerunt.

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

φοντας πρὸς μετάνοιαν, ᾤχοντο φεύγοντες. (Δ.) Πέμπεται μὲν δὴ λοιπὸν εὐθὺς ὁ δεσπότης Κωνσταντῖνος διὰ θαλάττης ἐς Θεσσαλονίκην ἐπίτροπος καὶ διοικητὴς τῶν τῆς Μακεδονίας πραγμάτων τήν τε δέσποιναν Ξένην τὴν τοῦ νέου βασιλέως μητέρα P. 218 πέμψων ἐς Βυζάντιον καὶ πρός γε στρατολογήσων ἐκεῖθεν, ἵν' ἐκείνου μὲν ἐκεῖθεν ἐπιόντος μετὰ τοῦ Μακεδονικοῦ στρατεύματος, ἐντεῦθεν δὲ τοῦ Συργιάννου σύν γε Τουρκικῷ στρατῷ καὶ ὅσοι B ἐκ Βιθυνίας Ῥωμαίων ὁπλῖται, μέσος ὁ νέος συγκλεισθεὶς βασιλεὺς τὴν ταχίστην ἁλοίη ξύν γε τοῖς ἀμφ' αὐτόν. μέλλων δ' ἤδη τῶν Βυζαντίων λιμένων ἀποπλεῖν ὁ δεσπότης εἶδεν εὐθὺς τῶν τοῦ δούλου χειρῶν ὀλισθήσαντα πάντα συνηθροισμένα, ὁπόσα τὴν ἐκείνου τράπεζαν ἐπλήρου χρύσεα καὶ ἀργύρεα σκεύη καὶ ἄχρι πυθμένων καταδύντα θαλάττης· ὃ καὶ διὰ μεγάλης ἤγαγε λύπης αὐτὸν, οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν στέρησιν τῶν σκευῶν, ὅσον διὰ τὸ C ἐκ πρώτης φάναι γραμμῆς δυσοιώνιστον συνάντημα καὶ τὸ τῆς μελέτης ἐντεῦθεν δυσέλπιστον. ἀλλὰ γὰρ ἀπελθὼν ἐν Θεσσαλονίκῃ πάντας εὐθὺς συλλαβόμενος τοὺς περὶ τὴν δέσποιναν Ξένην ἅμα αὐτῇ καὶ μάλα ἀκόσμως ἐμβιβάσας ἐς τριήρη ἐξέπεμψεν ἐς Βυζάντιον· ἣ δὴ καὶ ἄκουσα ἐληλυθυῖα ἐφρουρεῖτο περὶ τὸ ἑῷον μέρος τῶν βασιλείων. ἓν μὲν δὴ τοῦτο καὶ σπουδαιότατον ἔργον Κωνσταντίνου τοῦ δεσπότου γενομένου περὶ Θεσσαλονίκην. V. 177 δεύτερον δὲ, πάντα τὸν ἐκ Μακεδονίας συναγείρας στρατὸν ἔρD χεται κατὰ τοῦ ἀνεψιοῦ βασιλέως. ἐλθὼν μὲν δὴ παρὰ τὴν Χριστούπολιν πέμψας ᾔτησε δίοδον παρ' ἑκόντων τῶν φρουρῶν, πρὶν παρ' ἀκόντων λαβεῖν ἀπειλῶν. τῶν δὲ μὴ δεξαμένων, βιασάμε-

(IV.) Postea Despota Constantinus statim per mare Thessalonicam mittitur, ut rerum Macedonicarum administrationem gubernationemque suscipiat et Xenen, iunioris Imperatoris matrem, Byzantium mittat; praetereaque militem ibi legat, ut ipso inde cum Macedonicis copiis invadente, hinc vero Syrgianne cum Turcico exercitu et Bithynis Romanis occurrente, iunior Imperator in medio circumventus cum suis capiatur. Sed cum iam Despotes e Byzantino portu soluturus esset, statim e famuli manibus omnia ea delapsa vidit et in fundum maris demersa, quae ad ornandam eius mensam aurea et argentea vasa collecta fuerant. Quae res magnum illi dolorem attulit, non tam ob eius supellectilis iacturam, quam ob malum in ipso quod aiunt limine omen, quo animus rei conficiendae parvam spem concipiebat. Caeterum Thessalonicam profectus Xenen cum omnibus ministris comprehensam, nulla modestia triremi impositam, Byzantium misit. Quo cum illa invita pervenisset, in orientali palatii parte custodiebatur. Et primum hoc atque gravissimum opus fuit Constantini Despotae, ubi is Thessalonicam advenit. Alterum, quod collecto omni Macedonico exercitu contra Imperatorem fratris filium contendit. Porro Christopolin progressus a praesidio transitum postulavit, minitans, ni ultro darent, iis invitis se transiturum. Quod cum illi recusarent, perrupta parte longi muri viam

νος αὐτὸς διέκοψε μέρος τοῦ τὴν δίοδον ἐπιτειχίζοντος μακροῦ A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. τείχους καὶ οὕτω πᾶς ἀκωλύτως διέβαινεν ὁ στρατός. (E.) Στραφεὶς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ συνιδὼν ὡς ἐν στενῷ συνελαύνεταί οἱ τὰ πράγματα τὸν μὲν πρωτοστράτορα τὸν Συναδηνὸν τὰ Θρᾳκικὰ παραδοὺς στρατεύματα πέμπει φρουρὸν τῶν τε E πρὸς Βυζάντιον βλεπόντων ὁρίων τῆς αὐτῷ κληρωθείσης ἀρχῆς καὶ ταῖς τοῦ Συργιάννου ἐκδρομαῖς ἀντίπαλον. αὐτὸς δ' ἐκεῖθεν δαιμονίαις τισὶ μηχαναῖς καὶ δόλοις ἔγνω πολεμεῖν τῷ θείῳ καὶ δεσπότῃ. καὶ πρῶτα μὲν διατάγματα πλεῖστα σπουδῇ γραφῆναι παρεκελεύσατο, ἐν οἷς ὑποσχέσεις ἐγράφοντο ἔνορκοι χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ τιμῶν προσηκόντων διανομαὶ τοῖς συλληψομένοις F τὸν δεσπότην καὶ θεῖον. ἃ δὴ πάντα βαναύσοις τισὶ παροδίοις ἀνδράσι δεδωκὼς ῥίπτειν ἐκέλευσε καὶ διασπείρειν ἐξεπίτηδες παρά τε τὸ στρατόπεδον τοῦ δεσπότου καὶ πανταχῇ τῶν ὁδῶν. ἔπειτα πρὸς τούτοις θάνατον κηρύττειν ἐκέλευσε τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, στασιασάντων δῆθεν τῶν Βυζαντίων καὶ ἀποκτεινάντων αὐτόν. ὃ δὴ καὶ διετράνωσαν περιϊόντες ἁπανταχῇ οἱ τὰ P. 219 τοιαῦτα πλάττειν δεινοὶ, ὧν οἱ πλείους καὶ ὅρκους προσετίθεσαν, ὡς παρῆσαν καὶ αὐτόπται τῆς πικρᾶς ἐκείνου τελευτῆς ἐγένοντο· καὶ παράστασιν ποιεῖσθαι τοῦ πράγματος θέλοντες τρίχας ἐδείκνυσαν λευκὰς, αἳ ἦσαν μὲν ἐκ προβάτων λευκῶν, ἐδείκνυντο δ' ὡς ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ὑπήνης τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, ἅτε ταῖς τοῦ δήμου διασκεδασθεῖσαι χερσί. ταῦτ' ἀκουόμενα τοῖς ἐν κώμαις καὶ πόλεσι καὶ μάλιστα τῷ τοῦ δεσπότου στρατῷ οὐκ εἴα B

17. ὃ] οἳ W.

intercludentis, omnem exercitum prohibente nemine traduxit. (V.) Imperator autem cogitatione his de rebus suscepta, cum se in arctum cogi cerneret, Protostratorem Synadenum, Thraciis exercitibus datis, ad custodiendos Imperii sui fines, qui versus Byzantium spectarent, et ad Syrgiannis incursiones prohibendas misit. Ipse vero miris quibusdam machinationibus et dolis patruum Despotam inde oppugnare instituit. Ac primum edicta plurima festinanter conscribi iussit, quibus iureiurando sancitae pecuniarum pollicitationes continebantur: item possessionum et honorum convenientium distributiones proponebantur iis, qui Despotam comprehensuri essent: eaque praetereuntibus plebeiis hominibus dedit, ut abiicerent et de industria spargerent, cum iuxta Despotae castra, tum passim in viis. Deinde obitum avi Imperatoris proclamari iussit, qui a Byzantiis per seditionem occisus esset: idque huiusmodi commentorum artifices ubique vulgarunt: plerique etiam iureiurando addito, se interfuisse et suis oculis acerbum illius interitum vidisse. Et ut rem confirmarent, albos pilos ostendebant albarum ovium, quasi e capite et mento senioris Imperatoris vulgi manibus avulsi essent et dissipati. Quae cum in pagis et urbibus atque in primis in Despotae exercitu audirentur, animos hominum variis cogitationibus dis-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μένειν ἐπὶ βεβαίοις τοῖς λογισμοῖς. ἤδη δὲ καὶ τὰ διασπαρέντα ἐκεῖνα βασιλικὰ διατάγματα εὑρισκόμενα καὶ διδόμενα τῷ δεσπότῃ ἐς δειλίαν καὶ φόβον ἐνέβαλλον οὐ μάλα ἀγεννῆ· ὥστε καὶ φεύγειν ἀναπεισθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων, λεγόντων ὡς οὐκ ἂν φθάνοις προδεδομένος ὑπὸ τοῦ στρατοπέδου, ᾤχετο ἐς Θεσσαλονίκην. καὶ
C ταῦτα μὲν οὕτω τελευτῶντος χειμῶνος ἐγίγνοντο. (ϛʹ). Ἦρος δ᾽ ἀρχομένου πέμπεται τριήρης πρὸς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως ἐς Θεσσαλονίκην καὶ λαθραῖα γράμματα πρὸς τὸν δεσπότην Κωνσταντῖνον, παρακελευόμενα τὴν ταχίστην δεσμώτας ἐς τὸ Βυζάντιον μετὰ τῆς τριήρους ἐξαποστεῖλαι τοὺς τὸν δῆμον τῶν Θεσσαλονικέων νεωτερίζειν πείθοντας πέντε καὶ εἴκοσι στασιώτας. ἀλλὰ πρὶν εἰς ἔργον ταῦτα προβῆναι, διακηκοότες ἐκεῖνοι κρύφα διερεθίζουσι δραμόντες τὸν δῆμον· καὶ ἀναβάντες τοὺς ἱεροὺς κρού-
D ουσι κώδωνας. τοῦτο δὴ τὸ τῆς στάσεως ἀρχηγὸν σύμβολον. καὶ εὐθὺς θέουσι πανδημεὶ πρὸς τοὺς τοῦ δεσπότου οἴκους· καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρον· προαισθόμενος γὰρ ᾤχετο καταφυγὼν ἐς ἀκρόπολιν· τοὺς δ᾽ ὑπὸ χεῖρα συνειληφότες τοὺς μὲν ἀπέκτεινον, τοὺς δὲ τῶν ὑπαρχόντων ψιλώσαντες δεσμωτηρίοις ἐνέβαλον, τοὺς δ᾽ οἴκους κατασπάσαντες πάντα τὸν ἔνδον διήρπασαν πλοῦτον. αὐτοὶ δὲ δραμόντες εὐθὺς ὑφάπτουσι τὰς τῆς ἀκροπόλεως
E πύλας. ὅπερ ἰδὼν ὁ δεσπότης καὶ ἀπογνοὺς ἵππου τινὸς ἐπιβὰς ἤλαυνεν ἔξω πρὸς τὴν τοῦ Χορταΐτου μονήν. ἔνθα δὴ τοῖς διώκουσι συλληφθεὶς τὸ μοναχικὸν καὶ ἄκων ὑπῆλθε σχῆμα, τὸν
V. 178 προφανῆ τοῦ θανάτου κίνδυνον ἐντεῦθεν ἐκκλίνων, ὃν αἰφνιδίως

22. Χαρταΐτου W.

trahebant. Tum dispersa illa edicta cum et inventa et Despotae tradita essent, metum ac terrorem illi non nimis degenerem incusserunt: ut intimorum cohortationibus adductus proditionem illi exercitus iamiam imminere affirmantium Thessalonicam se fuga reciperet. Atque haec sub hiemis exitum gesta sunt. (VI.) Veris initio a seniore Imperatore triremis Thessalonicam mittitur cum arcanis litteris, quibus iubebatur Constantinus Despota quam primum eadem navi viginti quinque seditiosos, qui Thessalonicensem populum ad novas res moliendas incitarent, Byzantium vinctos mittere. At illi priusquam hoc fieret, periculo suo cognito, clam populo concitato et turribus conscensis, sacra tintinabula pulsant, inchoandae seditionis signum. Statim igitur collecta plebe ad aedes Despotae accurrunt: ac ipsum quidem non reperiunt (nam ille cum praesensisset, in arcem se receperat); obvios autem quosque partim comprehensos occidunt, partim bonis ereptis in carcerem coniiciunt: domos convellunt et opes omnes intus repositas diripiunt; atque ipsi statim facto impetu arcis portas incendunt. Quo Despotes viso, rebus desperatis, equum conscendit et in Chortaitae monasterium excurrit. Ubi a persequentibus comprehensus monasticum habitum vel invitus induit, ad evidens mortis periculum declinandum, quam subitus illo

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

ἡ παροῦσα περίστασις ἐσχεδίασε. δέσμιος οὖν ἐκεῖθεν ἄγεται πρὸς τὸν ἀνεψιὸν καὶ βασιλέα· ὃς δὴ καὶ πολλῷ τῷ μέτρῳ φιλανθρωπότερος ἔδοξε πάντων, ὅσοι παραδυναστεύοντές τε καὶ παρασπίζοντες ἦσαν αὐτῷ. οἱ μὲν γὰρ ἐφιέμενοι τῶν αὐτοῦ σαρκῶν καὶ τοῦ αἵματος, ὡς εἰπεῖν, ἀπογεύσασθαι ὥρμησαν ἐπ᾽ αὐτὸν ὡς F αὐτίκα διαῤῥήξοντες· ὁ δὲ βασιλεὺς περιχυθεὶς ἄτρωτον διετήρησε τὸ παράπαν αὐτόν. (Z.) Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ πεισθεὶς τοῖς περὶ αὐτὸν πέμπει πρὸς Διδυμότειχον καθειρχθησόμενον ἐν εἱρκτῇ δεινοτάτῃ καὶ ἀπαραμυθήτῳ. ἡ γὰρ ἀνέχουσα τὸ Διδυμοτείχου πολίχνιον ἄκρα μία τίς ἐστι πέτρα, ἣν οἱ ἐνοικοῦντες εὐφυῶς εἰς P. 220 τὸ λαξεύεσθαι ἔχουσαν εὑρόντες ὑπογείους κοιλαίνουσιν ἀποθήκας καὶ φρέατα, ὀμβρίων ὑδάτων δοχεῖα. τῶν δὴ τοιούτων φρεάτων ἑνὸς ἅπαν ἀνιμήσαντες τὸ ὑγρὸν κατάγουσι διὰ κλίμακος τὸν δεσπότην ἐν τούτῳ καὶ παιδάριον ἓν τῶν ὑπηρετούντων. ἄλλων δὲ τῶν ἁπάντων οὐδένα παρῆκαν ἐκεῖ παρακύψαι. ἀλλ᾽ ἐπιπωματίσαντες ἐτήρουν ἐκεῖ συμπατουμένους τε ὑπὸ τῆς τοῦ τόπου στενότητος καὶ δυστυχέστατα πάνυ διακειμένους. ἵνα δὲ τἄλλα B παραδράμω τῶν δεινῶν, ζοφῶδές φημι καὶ πνιγῶδες, πῶς παραστήσω τὸ μεῖζον ἐκεῖνο δὴ καὶ φρικῶδες; στενοῦ γὰρ πάνυ τοῦ τόπου τυγχάνοντος ἀλλήλων ἐξ ἀνάγκης ἐχόμενα παρέκειτο ἥ τε τὸ διαχώρημα καὶ τὸ οὖρον ἔχουσα χύτρα καὶ ὁ τὸν λιμὸν παραμυθούμενος ἄρτος. τίνα οἴεσθε, ὦ παρόντες, ἔχειν ψυχὴν, ὁπότ᾽ αὐτοὺς ἐσθίειν ἐχρῆν, δυσωδίας τοσαύτης τῇ τραπέζῃ παρακειμένης; ἀλλὰ καὶ ἡ χύτρα ἀναγομένη ἑσπέρας ὑπὸ τῶν φυλάκων C

18. παραδράμω Boiv. pro παραδραμών.

casus minabatur. Inde ad Imperatorem fratris filium vinctus ducitur, qui se longe humaniorem omnibus proceribus et satellitibus suis erga eum praebuit. Nam hi quidem carnium eius et sanguinis quodammodo avidi in eum irruerunt, quasi statim discerpturi. At ipsum Imperator corpore suo protectum ab omni vulnere servavit. (VII.) Postridie suis obsequutus eundem Didymotichum mittit saevissimo et atrocissimo carcere includendum. Promontorium enim, in quo Didymotichos oppidulum situm est, una rupes est, in qua, quod ad excidendos lapides apta esset, incolae subterraneas cellas et puteos, quae pluvialium aquarum receptacula essent, excavarunt. Eorum puteorum unum aquis penitus exhauriunt ac per scalas Despotam eo demittunt, nec non puerum unum parvulum ex eius ministris. Neminem autem praeterea prospicere illuc sinunt; sed operculo iniecto istos custodiunt, ob loci angustias miserrime affectos. Et ut omittam caetera mala, tenebras inquam et respirandi difficultatem, quomodo maius illud et horrendum malum declarem? Cum enim perangustus esset locus, aliter fieri non poterat, quin olla, quae excrementa capiebat, et panis, quo famem solarentur, in proximo iacerent. Quo animo eos fuisse probabile est, cum eis vescendum esset in tanto foetore? Ad haec olla cum vesperi

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

διὰ μηρίνθου πολλάκις ἐξεκενώθη κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ δεσπότου, εἴτε τῶν φυλάκων ἐξεπίτηδες ἐμπαιζόντων αὐτὸν, εἴτε τῆς χύτρας ἀκόντων αὐτῶν περιτρεπομένης. ἀλλὰ πολλῶν παρακλήσεσι χρησαμένων ἐς βασιλέα πνευματικῶν ἀνδρῶν ἐς ἑτέραν μετὰ ταῦτα κουφοτέραν εἱρκτὴν μετηνέχθη. (Η.) Τούτων οὕτω συμπεπτωκότων διηπορεῖτο καθ' ἑαυτὸν ὁ βασιλεὺς γιγνόμενος καὶ οὐκ εἶχεν D ὅ,τι καὶ διαπράξηται καὶ ὅθεν εὕρῃ τοῦ κακοῦ λύσιν. ὅσα γὰρ ἂν ἐπιχειροίη, πάνθ' ἑώρα καθ' ἑαυτοῦ στρεφόμενα παραδόξως. ὅθεν ἀνοίξειν ἔκρινε δεῖν ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημα τῶν οἰκείων ἀποριῶν· καὶ ἀνοίξας ἐνέτυχεν εὐθὺς τῷ πρώτῳ στίχῳ λέγοντι· „ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτοῖς χιονωθήσονται ἐν Σελμών." γνοὺς οὖν ἐντεῦθεν, ὡς πάνθ' ὅσα τελεῖται E πρὸς τῆς παρούσης φορᾶς τῶν πραγμάτων θεῷ δεδογμένα τυγχάνουσι κἂν τοῖς ἀνθρώποις ἀγνοῶνται τῆς ἀποῤῥήτου προνοίας οἱ τρόποι, πρὸς διαλλαγὰς αὖθις καὶ σπονδὰς ταῖς προτέραις ὁμοίας ἐξεκαλεῖτο τὸν ἔκγονον, ἀντίπαλα δι' ἀνάγκην πραγματευόμενος τοῖς τοῦ Συργιάννου βουλεύμασιν· ὃς δὴ καὶ θέλων ἐκ πολλοῦ τὴν τοιαύτην κατάστασιν ἧκεν εὐθὺς μελλήσας οὐδέν. F ἔφαμεν γάρ που καὶ ἀνωτέρω, ὡς τὴν μὲν αὐτονομίαν τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἔχειν ἐβούλετο· τὸ δὲ σχῆμα καὶ τὰς φροντίδας ὅλαις ὁρμαῖς ἑαυτοῦ ἐξωθεῖτο· καὶ εἰ μὴ οἱ περὶ αὐτὸν ἠνόχλουν τε αὐτὸν καὶ ἠρέθιζον πρὸς τὴν τῆς ὅλης ἡγεμονίας ἔφεσιν, ἤρκεσεν ἂν αὐτῷ καθάπαξ ἡ τῶν γενομένων σπονδῶν κατάστασις. ὅμως ἐπειδήπερ ἐν τῷ παρόντι κληθεὶς ἧκε πρῶτον περὶ τὸ Ῥήγιον

11. ἐπ' αὐτοῖς add. A. Vulgo legitur αὐτῆς. 17. ὃς δή, scil. ἔγγονος. BOIV.

a custodibus funiculo attraheretur, saepe in Despotae caput effusa est; seu custodibus de industria ipsi illudentibus, seu invitis iis olla inversa. Verum Imperatore multorum hominum religiosorum precibus exorato, tandem in leviorem carcerem est translatus. (VIII.) Quae cum sic accidissent, Imperator animi dubius quid agendum esset nesciebat, quodve malis remedium quaereret. Quicquid enim incipiebat, id omne praeter opinionem in se ipsum revolvi ac relabi cernebat. Itaque aperto psalterio dubitationum suarum explicationem quaerenti primus statim oblatus est hic versus: „Dum caelestis dissociat reges, nive conspergentur in Selmon." Unde cum intellexisset, omnia quae in praesenti rerum perturbatione fierent, a Deo decreta esse, licet homines arcanas providentiae rationes ignorarent: statim ad reconciliationem et pacta prioribus similia nepotem provocat, Syrgiannis consiliis necessario adversatus. Ille autem iam olim talis status cupidus, nulla mora interposita, statim accurrit. Supra enim diximus, iuniorem Andronicum Imperatoriae potestatis licentiam ambivisse; habitum vero et sollicitudines totis viribus a se repulisse; ac nisi a familiaribus subinde obturbatus et ad totius Imperii affectationem impulsus fuisset, paci iam constitutae omnino acquieturum. Enimvero cum in praesentia arcessitus

κἀκεῖ τῇ μητρὶ καὶ δεσποίνῃ ἐντετυχήκει προαπολυθείσῃ τε τῆς εἱρκτῆς καὶ πεμφθείσῃ ἐκεῖ τῶν γενησομένων σπονδῶν ἕνεκα, ἐκεῖθεν μετὰ τῆς μητρὸς καὶ διὰ τῆς μητρὸς θεμιστεύει πάντα τὰ γενησόμενα. (Θ.) Ὀλίγων δ' ἐντὸς ἡμερῶν ἐξελθὼν καὶ αὐτὸς ἑνοῦται τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ ἔξω πρὸ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως· P. 221 τοῦ μὲν πάππου καὶ βασιλέως οὐκ ἀποβάντος τοῦ ἵππου, ἀποβὰς V. 179 αὐτὸς τοῦ ἵππου πόῤῥωθεν πρὸ σταδίου ἑνός· καίτοι πολλὰ τοῦ πάππου ἀπαναινομένου καὶ κωλύοντος, ὅμως αὐτὸς πεζῇ προσελθὼν ἠσπάσατο τήν τε χεῖρα καὶ τὸν πόδα αὐτοῦ ἐφ' ἵππου καθημένου. εἶτα καὶ αὐτὸς ἵππου ἐπιβὰς περιεπτύξατό τε καὶ ἀσπασάμενον ἠσπάσατο ἐντελῶς. καὶ εὐθὺς βραχέα ἄττα καὶ σχέδια λέξαντες B πρὸς ἀλλήλους ἀπηλλάγησαν. καὶ ὁ μὲν εἰσῆλθεν ἐς Κωνσταντινούπολιν· ὁ δὲ νέος ἀπελθὼν στρατοπεδεύεται περὶ τὸν νεὼν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς Πηγῆς. ἔνθα συχνὰς διατρίψας ἡμέρας εἰσήει καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν μεθ' ἡμέραν καὶ αὖθις ἐξῄει. διῆγε γὰρ τηνικαῦτα καὶ ἡ δέσποινα καὶ μήτηρ αὐτοῦ κατὰ τὸν νεὼν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος, τοῦτο μὲν καὶ δι' C ἀσθένειάν τινα, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ φιλτάτου συνδιαίτησιν. συνῆν δὲ τῇ δεσποίνῃ ἐκεῖ καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως Σιμωνὶς ἡ Κράλαινα, ἄρτι ἐληλυθυῖα ἐκ Τριβαλλῶν τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρός· ἣ δὴ καὶ τὰ διαψιθυριζόμενα τῇδε κἀκεῖσε τῷ ἑαυτῆς ἐναργέστερον ἐδήλου πατρὶ καὶ βασιλεῖ. μετὰ βραχὺ δὲ καὶ εἰς Ὀρεστιάδα καὶ Διδυμότειχον ἐπανῆκε.

11. βραχέα τε A. 16. Verba διῆγε — βασιλεῖ om. A. 22. μετὰ — ἐπανῆκε add. A. Ad ἐπανῆκε supple ὁ νέος. BOIV.

Rhegium primo venisset, ibique matrem adiisset (etenim iam ante e carcere educta et illuc futurae pacificationis ergo praemissa fuerat), ibi cum matre et per matrem omnia, quae fieri oporteret, decernit. (IX.) Intra paucos vero dies et ipse foras progressus cum avo Imperatore ante Urbis moenia congreditur. In quo occursu avus quidem ex equo non descendit; nepos autem procul distans, uno stadio adhuc interiecto, ex equo desiluit: ac quamvis avo multum refragante et vetante, tamen pedes accessit eiusque equo insidentis manum et pedem osculatus est. Deinde equo rursus conscenso eum amplexus et osculantem plene est osculatus. Statimque pauca quaedam ex tempore collocuti discesserunt, sene Constantinopolin ingresso; iuniore autem iuxta aedem sacrosanctae Deigenitricis, quae Peges dicitur, castrametato. Ubi dies complures commoratus interdiu etiam Constantinopolin ingrediebatur et rursus egrediebatur. Tum enim et ipsa mater eius, partim ob infirmitatem quandam, partim propter carissimi filii consuetudinem in illa castissimae Deiparae aede commorabatur, habebatque illic secum Simonidem Cralaenam, Imperatoris filiam, modo e Servia defuncto marito reversam; quae patri Imperatori ea, quae hinc inde susurrabantur, planius exponebat. At paulo post illinc Orestiadem et Didymotichum reversus est.

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ιβ'. Ἔτυχε μέντοι ἐπιδεδημηκὼς τηνικαῦτα μοναχός τις ἐξ ὄρους τοῦ Ἄθω ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, μήτ' ἀξίωμα ἔχων οὐδὲν ἱερατικὸν, μήτε γοῦν τὰ πρῶτα καὶ στοιχειώδη συνάπτειν ἀσφαλῶς δυνάμενος γράμματα. τοῦτον διὰ τὴν ἄγαν τῶν τρόπων
D ἀφέλειαν εἰς τοὺς πατριαρχικοὺς ἄρτι χηρεύοντας θρόνους ὁ βα-
A. C. 1323 prid. Cal. Dec. Indict. 7 σιλεὺς ἀνεβίβασε· καίτοι πολλῶν κατ' αὐτοῦ παῤῥησιασθέντων ἐγκλημάτων καὶ ὑπὸ πολλῶν ὁμολογηθέντων· δι' ἃ καὶ πάλαι
E πολλάκις κεκώλυται τυχεῖν ἱερατικῆς βαθμίδος τινός. ὅθεν ἐπειδὴ τὸ τοῦ θεοῦ καταπεφρόνηται δίκαιον δι' ὄρεξιν ἀνθρωπίνην, συγκεχώρηκεν ὁ θεὸς τῆς οἰκείας καθαιρεθῆναι τούτους ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ ἀφελεστάτου τοῦδε ἀνδρὸς, ὅσοι τοσαύτην ἀδίκως ὑπὲρ
P. 222 αὐτοῦ τὴν σπουδὴν εἰσηνέγκαντο· ὡς αὐτὰ δηλώσει λεγόμενα τὰ πράγματα προϊούσης τῆς ἱστορίας. (B.) Ὁ μέντοι πατριάρχης οὗτος ἅμα τῇ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀναβάσει τῷ πολλῷ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν φίλτρῳ τεθαῤῥηκὼς τὴν πάλαι αὐτοῦ γε εὐμένειαν ὁμοίαν καὶ τήμερον τῷ πιγκέρνῃ προὐξένησε Φιλανθρωπηνῷ· ὃν πρὸ ἐτῶν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ταῖς τοῦ φθόνου παλάμαις τὰς αὐγὰς τῶν ὀμμάτων ἀπολέσαντα δεδηλώκαμεν. ὃς
B οὕτως ἐν ταῖς βουλαῖς ἄριστος εὐθὺς τοῖς βασιλικοῖς ἔδοξε πράγμασι καὶ μάλιστ' ἐν θορύβῳ τοσούτῳ πραγμάτων καὶ κλύδωνι,
V. 180 ὥστε Σκιπίωνας ἐκείνους καὶ Θηβαίους Ἐπαμεινώνδας ἔδοξαν βλέ-

1. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, μοναχὸς ἐπεδήμησέ τις ἐς Βυζάντιον ἐξ ὄρους A. 4. οὗτος ἐς τοὺς πατρ. ἀρ. χηρ. θρόν. ἀνάγεται A. 6. Verba καίτοι πολλῶν — ἱστορίας om. A. 13. τούτῳ τοίνυν τ' ἄλλα τὴν γνώμην ἀφελεῖ τινι ὄντι καὶ μάλα ἀπράγμονι, ἕν τι τουτὶ συνετῶς πεπρᾶχθαι ἔδοξε χρηστὸν, τὴν μεσιτείαν τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ Ἀλεξίου. τὴν γὰρ πάλαι τοῦ βασιλέως εὐμένειαν etc. A. 17. τριάκοντα etiam A. Sed legendum εἴκοσι. Vid. Notas. BOIV. 19. ἐν ante ταῖς add. A.

12. Eo tempore monachus quidam ex monte Atho, septuagenario maior, nulla sacerdotali dignitate praeditus, idemque adeo imperitus, ut nec prima quidem litterarum elementa perfecte posset coniungere, in Urbem venit. Quem ob nimiam morum simplicitatem Imperator in patriarchalem sedem tum temporis vacantem imposuit; quamvis multa crimina libere illi obiecta et a multis testata fuissent, propter quae olim saepe exclusus omni sacrorum ordinum gradu fuerat. Quamobrem divino iure ob humanam cupiditatem spreto passus est Deus a simplicissimo illo homine eos principatu deiici, qui tanto studio pro eo iniuste contenderant; ut progressu historiae res ipsa declarabit. (II.) Caeterum is patriarcha, cum primum in patriarchali solio collocatus esset, Imperatoris singulari benevolentia fretus effecit, ut Philanthropenus pincerna in pristinum gratiae locum restitueretur, quem ante annos octo et triginta ex invidia amisisse oculos ostendimus. Qui quidem statim in negotiis Imperatoris, praesertim vero in tantis rerum turbis, ita consilio excelluit, ut prudentissimus quisque Scipiones et Thebanos Epami-

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

πειν τῶν τηνικαῦτα παρόντων οἱ συνετώτεροι. καὶ μέντοι καὶ ἐθαύμαζον, πῶς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων οὐδὲν κεκτημένων ἀκήρατον οὐδὲ μόνιμον, ἀλλὰ τῆς τύχης διηνεκῶς ἀκμαζούσης ἐν τῇ τούτων μεταβολῇ καὶ φθορᾷ καὶ παιζούσης τὸν βίον ταῖς ἀμοιβαῖς καθάπερ σκηνὴν τραγικὴν ἀκήρατος ἡ τῆς τούτου γνώ- C σεως ἔμεινεν ἀρετὴ καὶ στεῤῥοτέρα τῆς τύχης· ἣ δὴ καὶ τοὺς τῆς βασκανίας ἀπωσαμένη Τελχῖνας τῶν πυθμένων τῆς καταδίκης ἀνεκαλέσατο. (Γ.) Μαρτύριον τῶν λεγομένων καὶ ὃ προήνεγκε τέως ὁ χρόνος, καθάπερ τινὰ βάσανον τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ περιστρατοπεδευσάντων τὴν Φιλαδέλφειαν D τῶν περιοίκων καὶ ἀστυγειτόνων Τούρκων καὶ κατὰ συνέχειαν πολιορκουμένης τῆς πόλεως σφοδρῶς ἔξωθεν μὲν ὑπ᾽ αὐτῶν, ἔνδοθεν δ᾽ ὑπὸ σφοδροῦ τοῦ λιμοῦ ἐς κίνδυνον ἦλθον οἱ περιλειπόμενοι τῶν αὐτοχθόνων πολιτῶν προδοθῆναι τοῖς Τούρκοις αὐτῇ πόλει καὶ αὐτοῖς οἴκοις. καὶ τάχ᾽ ἂν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐπράττετο τοῦτο, εἰ μὴ ὁ Φιλανθρωπηνὸς Ἀλέξιος ἔφθη τοῦ βυθοῦ τῶν τοιούτων ἀπαλλάξας κινδύνων. ἐν στενῷ γὰρ γενόμενος ὁ βασιλεὺς E καὶ μὴ ἔχων ὅ,τι δράσειε τῶν πάντων οὐδὲν (οὔτε γὰρ ὅπλων ἐπισκευὴ, οὔτε στρατὸς ἀντίπαλος ἦν εἰς πόλιν οὕτω θαλάττης πολλοῖς σταδίοις ἀπῳκισμένην καὶ πολλοῖς κεκυκλωμένην τοῖς ἔθνεσι βοηθεῖν) πέμπει τοῦτον αὐτὸν μηδὲν ἐπιφερόμενον, οὔτε στρατὸν, οὔθ᾽ ὅπλων ἐπισκευὴν, οὔτε χρημάτων πλῆθος, ἀλλὰ μόνην τὴν τῆς φύσεως σύνεσιν καὶ ἐμπειρίαν. οὗ δὴ καὶ πρὶν ἐπιστῆναι τῇ πόλει Φιλαδελφείᾳ, ἔτι δ᾽ ἐν μέσῃ πορείᾳ τυγχάνοντος, F

20. κεκλυμένην A. pro κεκλυσμένην.

nondas cernere sibi videretur. Quin et illud admirabantur (cum res humanae firmi et proprii nihil habeant, sed fortuna continenter in illarum mutatione et destructione vim suam exserat et vitam, quasi tragoediam quandam agens, variis vicissitudinibus ludat), quo pacto prudentia illius integra atque incolumis mansisset ac firmior, quam fortuna extitisset, tandemque ipsum, malo invidiae genio depulso, e condemnationis praecipitio revocasset. (III.) Testimonio est orationi meae illud tempus, quo virtus eius veluti Lydio lapide explorata enituit. Nam cum finitimi et suburbani Turci Philadelphiam obsidione tum cinxissent et continenter validis viribus oppugnarent, foris ipsi, intus vero dira fames: indigenae, qui in ea civitate restabant, in periculo erant, ne Turcis cum ipsa urbe atque aris et focis proderentur: idque intra paucos fortasse dies accidisset, nisi Alexius Philanthropenus in tanto periculo constitutos ab imminente exitio liberasset. Nam in angustias redactus Imperator et consilii plane inops (neque enim armorum apparatus, neque exercitus suppetebat urbi defendendae par, quae tot stadiis a mari dissita, tot gentibus cincta esset) hunc ipsum delegat, nihil secum afferentem, non exercitum, non arma, non pecuniae copiam; sed tantum naturalem prudentiam et usum rerum. Qui priusquam ad urbem accessisset, cum in medio adhuc itinere esset, hostium satrapae et

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τὴν φήμην ἀκηκοότες οἱ τῶν πολιορκούντων σατράπαι καὶ ἀρχηγοὶ τά τε ὅπλα εὐθὺς ἔῤῥιψαν καὶ τὴν πολιορκίαν ἀπείπαντο αἰδεσθέντες τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετήν. καὶ ὑπτίαις ἅμα χερσὶ καὶ γνώμαις εἰρηνευούσαις ὑπαντῶσι καὶ ὑποδέχονται· καὶ ὧν πάλαι καλῶν ἀπέλαυσαν ἐξ αὐτοῦ νῦν ἐν μνήμῃ γενόμενοι χάριτας ὁμολογοῦσι καὶ πᾶν τὸ κατὰ γνώμην τελεῖν ὑπισχνοῦνται. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πάλαι τὸ ζῆν ἐπορίσαντο δι' αὐτοῦ προφανοῦς ἀπαλλαγέντες θα-
P. 223 νάτου· οἱ δὲ τῶν ὑπ' αὐτῷ παιδευτῇ τεθραμμένων πρὸς ὅπλα καὶ πολέμων ἄσκησιν ἦσαν. καὶ τί δεῖ διατρίβειν; ἐς τοσοῦτον εὐπαθείας καὶ εὐτυχίας ἧκεν ἐξαπίνης ἡ Φιλαδέλφεια, ὡς μιᾶς δραχμῆς ὤνιον τὸν μέγιστον λαμβάνειν μέδιμνον τοῦ σίτου. (Δ.) Τῷ μέντοι Συργιάννῃ τῶν βασιλέων ἡ ἕνωσις μὴ κατὰ γνώμην συστᾶσα ἀθυμεῖν ἐποίει καὶ ἐσκυθρωπακότα περιϊέναι· καὶ μάλισθ' ὅτι
B τῶν πραγμάτων ἠρεμούντων ἀξυντελὴς αὐτὸς ἐν τοῖς δημοσίοις ἐδόκει καὶ ἄχρηστος. ὅθεν ἐν καθέδραις καὶ στάσεσι καὶ ὁδοῖς τοιούτοις τισὶν ἐντυγχάνων καὶ προσιὼν ἀσμένως, ὅσοις λύπην τινὰ τὰ κοινὰ προὐξένησαν πράγματα, ἐλοιδορεῖτο τοῖς βασιλεῦσιν, ἅτε ἀδικωτάτοις περὶ αὐτὸν γενομένοις χρησιμώτατον ἐν τοῖς ἐναντιωτάτοις καιροῖς νῦν μὲν τούτῳ νῦν δ' ἐκείνῳ γενόμενον. ἰδὼν δὲ καὶ Ἀνδρόνικον τὸν Ἀσὰν λύπης περιϊόντα μεστὸν,
C ὅτι τὴν ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν ἔχων ἐκεῖνος τῶν Πελοποννησίων Ῥωμαίων ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν βασιλέων διαστάσεως, εἶτα ἐξῳκισθεὶς ἐκεῖθεν ἀτίμως παρὰ τοῦ νέου βασιλέως καὶ ἐλθὼν πρὸς

8. οἱ δὲ αὐτῶν W. 22. ἐξῳκισθεὶς A., ἐξωσθεὶς W.

duces fama audita statim abiectis armis ab obsidione recesserunt, viri virtutem reveriti: et supinis simul manibus et pacatis animis obviam progressi eum exceperunt, et beneficiorum quae olim ab illo accepissent memores, gratias ei egerunt, se quicquid petiisset facturos pollicentes. Quidam enim ex illis vitam olim eius opera conservarant et mortem certam ac paratam effugerant; alii eo magistro educati et ad arma et militiam instructi fuerant. Et quid multis opus est? Philadelphiae subito ea felicitas et ubertas extitit, ut maximum frumenti medimnum drachma compararent. (IV.) Syrgiannes vero, Imperatorum concordia minime laetus, animo aeger et tristi vultu obambulabat: maxime quod tranquillis rebus nullus eius usus in Republica esse videbatur. Quos igitur publicus rerum status quocunque modo offendisset, eos seu sedentes seu stantes seu secundum viam euntes nactus conveniebat et cupide adibat: atque Imperatoribus conviciabatur, ut a quibus summis affectus esset iniuriis, cum adversissimis temporibus nunc huic nunc illi maximo usui fuisset. Cum autem Asanem Andronicum moerore plenum obambulantem conspexisset, qui Romanos Peloponnesios, dum Imperatores inter se dissiderent, rexerat atque gubernaverat; deinde vero per ignominiam a iuniore Imperatore pulsus, et ad

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τὸν γηραιὸν οὐχ εὗρεν οὐδὲν ἐξ αὐτοῦ τῆς λύπης ἀντάξιον εἰς θεραπείαν· καίτοι μεγάλων ἄξιος ὑπάρχων ἀξιωμάτων, σεβαστοκρατορικῶν δηλαδὴ καὶ μειζόνων, διά τε τὴν στρατηγικὴν ἐμπειρίαν, ἣν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τέως ἐπλούτει, καὶ ἅμα τὴν τοῦ γένους λαμπρότητα· διὰ ταῦτα τοίνυν ὁ Συργιάννης πρόσεισι καὶ αὐτῷ D καὶ φίλος αὐτῷ γίνεται, τὴν τῆς λύπης ὁμοιότητα γνώμης προ- V. 181 βαλλόμενος σύνδεσμον. ὁ μὲν οὖν Συργιάννης ὡς ὁμοψύχῳ θαῤῥήσας ἐκείνῳ πάντα διῄει λοιπὸν ἀναπεπταμένῃ τῇ γλώττῃ, ὁπόσα τοῖς λυπουμένοις εἰκός. ὁ δὲ Ἀσὰν βαθείᾳ συνέσει προσιὼν αὐτῷ γλῶσσαν μὲν ὁμοίαν πως ἐκείνῳ προὐτείνετο καὶ συνδιελοιδορεῖτο τοῖς βασιλεῦσι δῆθεν αὐτός· τὰ δὲ παρὰ τοῦ Συργιάννου λεγό- E μενα πάντα ἐς τὰ τῆς διανοίας ἔκρυπτε μυστήρια. ἐμίσει γὰρ αὐτοῦ τὸ φίλαρχον καὶ πρίν· καὶ νῦν δ' οὐχ ἧττον ἤχθετό οἱ ἐχθρῷ γε ὄντι καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβροῦ, τοῦ μεγάλου φημὶ δομεστίκου· ὃς τὰ μέγιστα παρὰ τῷ νέῳ δυνάμενος βασιλεῖ ἐλπίδας ἀγαθὰς ἀεὶ γράφων ἐκεῖθεν καὶ αὐτῷ προὔτεινεν. ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ δράματος πάντα συνέῤῥαπται, λάθρα τῷ θείῳ καὶ βασιλεῖ προσελθὼν ὁ Ἀσάν, „εἰ μὴ δεσμώτην," ἔφησεν, F „ὅσον τάχος ποιήσειας τὸν Συργιάννην βασιλείαν ἑαυτῷ συσκευάζοντα, οὐκ ἂν φθάνοις φονευόμενος ὑπ' αὐτοῦ." εὐθὺς οὖν τὸν μὲν Συργιάννην εἶχε τὸ δεσμωτήριον· τόνδ' οἶκον αὐτοῦ μετὰ τῶν ἐνόντων ἁπάντων ἄρδην ἀπώλεσαν καὶ διέλαχον οἱ τοῦ δήμου.

2. ἀξιωμάτων ὑπάρχων ἀντάξιος, ἅτε στρατηγικώτατος ὢν ἀνὴρ, καὶ γένους διαφέρων περιφανείᾳ, καὶ ἅμα βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος A. 10. πως om. A. 13. Pro verb. φίλαρχον — Καντακ. A. habet. ἤχθετο δὲ καὶ ἄλλως αὐτῷ ἐχθρῷ ὄντι Καντακ. 16. καὶ ante ἐλπ. add. A. καὶ ante αὐτῷ om. A.

seniorem profectus, nullum eiusmodi praemium impetrarat, quo dolor eius levaretur; quamvis magnis honoribus dignus esset, Sebastocratoricis videlicet et maioribus etiam, cum ob rei militaris usum, quo tunc alios superabat, tum ob illustre genus, ob eas inquam causas Syrgiannes ad hunc quoque accedit et quasi moeroris similitudine devinctus amicus ipsi existit. Itaque, ut amico unanimi confisus, omnia quae dolor fert sine ulla dissimulatione eloquitur. Asan vero singulari prudentia cum viro agens verbis haud dissimilibus utebatur, et ipse quidem Imperatoribus maledicebat; omnia vero, quae a Syrgianne dicebantur, animo intimo recondebat. Nam et prius ambitionem eius oderat: tum autem haud minus quam antea ipsum aversabatur, ut inimicum genero suo Cantacuzeno, magno Domestico, qui apud iuniorem Imperatorem potentissimus erat, et scriptis inde litteris spe subinde bona ipsum Asanem solabatur. Cum autem tota fabula instructa esset, Asan Imperatorem avunculum clam adit: et, „nisi Syrgiannem," inquit, „Imperium affectantem primo quoque tempore in vincula conieceris, primo quoque tempore ab illo occideris." Statim igitur Syrgiannes in vincula coniicitur; domum eius cum omnibus opibus plebs evertit et diripit;

A. M. 6791 ad 6836 οἱ δ' ἀμπελῶνες αὐτοῦ σύν γε τοῖς οἰκοπέδοις μηλόβοτα πάντ' ἐγεγόνει. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

ιγ'. Οὐκ εὔκαιρον δέ μοι δοκεῖ σιωπῇ παρελθεῖν καὶ ὅσα κατὰ Imp. Andron. Senioris. τοῦτον τὸν χρόνον περὶ τοῦ Πάσχα λαληθῆναι ξυνέβη. κατὰ γὰρ P. 224 τὸ εἰωθὸς ἀνιὼν ἐς τὰ βασίλεια τοιαύτῃ τινὶ τῇ ὁμιλίᾳ ἐντετυχήκειν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα παρείσθω γε τέως, πολλά τε ὄντα καὶ οὐ πάνυ τοι ἀναγκαῖα πάνυ τοι ἐθελούσῃ σχολάζειν ἀκοῇ, καίπερ ὄντα κἀκεῖνα σεμνὰ καὶ σοφῶν ἀκοαῖς ἄξια· τὸ δ' οὖν τῆς ἀναγκαιο- B τέρας ἡμῖν ὁμιλίας καὶ ἧς ἄν τις ἀκούσας ἡσθείη τὰ μάλιστα· λόγον κεκίνηκεν ὁ βασιλεὺς περί γε ἀστρονομίας καὶ σφαιρῶν οὐρανίων καὶ κινήσεως πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν, καὶ τοιαῦτα ἄττα ἐμοὶ καθυποβάλλων πρόφασιν τοῦ λέγειν. πολλὴν γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὴν εὐμένειαν ἔτρεφεν. ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν ἔπαινον διεξῄειν πολὺν τοῦ μαθήματος. τοῦτο καὶ γάρ μοι τὸ ὀπτικὸν, ὡς εἰπεῖν, τῆς διανοίας ἐκάθηρε καὶ πρὸς τέλειον οἱονεὶ χρωματισμὸν τἄλλα μοι C πάντα μαθήματα ἤγαγε. σκιαγραφίᾳ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐοίκασι τούτου χωρὶς, ὅσαι κατ' ἀνθρώπους εἰσὶ τέχναι καὶ σπουδάσματα. μετὰ μέντοι γε τῶν ἄλλων καὶ ὁ τοῦ Πάσχα λόγος ἀνέκυψεν, ἐμοῦ τοῦτον μεταξὺ παραρρίψαντος, ὡς μέρος ὄντα καὶ τοῦτον τοῦ τοιούτου μαθήματος· καὶ ἄλλως ὅτι καὶ ὠδίνων ἦν διὰ μακροῦ πρὸς βασιλείους τὸ πρᾶγμα ἀνενεγκεῖν ἀκοὰς, ἀπόρρητον ὂν, ὡς D ἀκριβής μοι τὸ πρᾶγμα παρέστησεν ἔρευνα, πλὴν ἢ ὅσοι τῶν τῆς ἀστρονομίας κρατήρων ἐγεύσαντο. ταῦτ' ἄρα καὶ καιροῦ λαβόμε-

1. ἐβραβεύθησαν ἄλλοις A. 3. Totam hanc de Paschate digressionem om. A. Vid. Notas. 7. οὐ πάνυ τοι ἐθελ. W.

solum aedium cum vineis in ovium pascua convertitur. Et haec quidem ita gesta sunt.

13. Neque vero ea mihi praetereunda silentio videntur, quae hoc tempore de Paschate disputata sunt. Nam cum de more palatium ingrederer, tali colloquio interveni. Ac caetera quidem, quamvis et ipsa praeclara sint et digna eruditorum auribus, tamen quia et multa sunt, et occupatis hominibus non admodum scitu necessaria, praetereantur. Quae vero scitu digniora et iucundiora, exponantur. Mentionem intulit Imperator de astronomia et caelestibus orbibus et stellarum tam errantium quam fixarum motibus ac de aliis eiuscemodi rebus, ut mihi disserendi occasionem suppeditaret. Nam magna eius erga me benevolentia erat. Itaque ego sermone suscepto eam disciplinam plurimum laudavi, quod et mentis oculos mihi quodammodo repurgasset, et caeteras omnes disciplinas quasi vivis coloribus exornasset. Re ipsa quippe, si ea non adsit, reliquae artes ac studia hominum qualibet rudibus et adumbratis imaginibus similia sunt. Porro inter caetera etiam de Paschate quaestio orta est, cum ipse eius mentionem iniecissem, ut ad eam quoque disciplinam pertinentis. Alioqui vero de ea re ad Imperatorem referre iampridem cupiebam; quam me diligens inquisitio arcanam esse edocuerat, et iis tantum notam, qui astronomiam degustassent.

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

νος, ὥς ἔφην, ῥήγνυμι τὴν ὠδῖνα, οὐκ ἀχείμαστος μὲν οὐδὲ τότ᾽ ἀπαλλάξας. ἦσαν γὰρ οἱ τότε πολλά μοι παρέσχον πράγματα, μὴ ξυνειλοχότες ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὸν τοῦ λόγου σκοπόν. καὶ εἰ μὴ ὁ βασιλεὺς (ἐκεῖνος γὰρ μόνος ἦν συνιεὶς ἃ διεξῄειν αὐτός· ἀφορμὴν γὰρ εἰληφὼς εὐθὺς κἀκεῖνος ἐπεδείκνυτο καὶ ἐδημοσίευε τῆς E ὑψηλῆς αὐτοῦ συνέσεως τοὺς θησαυροὺς) εἰ μὴ οὖν ἐκεῖνος πλεῖ- V. 182 στον ἐμοὶ τὸ προσηνὲς χαριζόμενος δίοδον ἐνεποίει τῷ λόγῳ, τάχ᾽ ἂν τὸ τελευταῖον τοῦτο πονήρως καὶ ἀγεννῶς ἐκεῖθεν ἀπήλλαττον, ἄδικόν τινα τὴν καταδίκην ὁ δίκαιος ὀφείλων. ἐπεὶ οὖν πᾶσαν, ὥς ἔφην, ἡμῖν ὁ βασιλεὺς τὴν κατάστασιν ἐποιήσατο τοῦ μὲν λέγειν ἐμοὶ, τοῦ δ᾽ ἀκούειν τοῖς συμπαροῦσι, πρῶτον μὲν ὥσπερ P. 225 τινὰς ὅρους καὶ κρηπῖδας ὑποθεὶς τὰ καίρια, εἶτα δι᾽ αὐτῶν τὰς ἀποδείξεις ἐποιούμην. (B.) Καὶ δὴ δέον εἶναι πρῶτον ἐφάμην τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἐς τἀκριβὲς ἐρευνῆσαι. τοῦτο γὰρ αἴτιον ἁπάσης τῆς ἑξῆς ὑποθέσεως, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν· εἶτα τὴν ἐφεξῆς μετ᾽ ἰσημερίαν πανσέληνον. πανσέληνον δέ φαμεν, ὁπότε πλησιφαὲς εἴη τὸ πρὸς ἡμᾶς ἡμισφαίριον τῆς σελήνης. τοῦτο δὲ γίγνοιτ᾽ ἂν, ὁπότε βραχύ τι πλέον ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίαν ἡ B σελήνη τὴν ἡμέραν ἄγοι, ἐξότου περὶ τὴν αὐτὴν ἐν ταὐτῷ συνέλθοι τῷ ἡλίῳ μοῖραν τῆς τῶν ζῳδίων σφαίρας, μιᾶς ἁψαμένης ἀμφοτέρων καθέτου. ἐπεὶ οὖν τῷ νομικῷ μὲν ἕπεται τὸ ἡμέτερον Πάσχα, ἐκεῖνο δὲ τῇ μετ᾽ ἰσημερίαν πανσελήνῳ, δέον ἐκεῖνα διευκρινῆσαι πρίν· εἶτα τοῖς ἅπασιν εὔδηλον ἂν εἴη τὸ καθ᾽ ἡμᾶς.

4. θειότατος ante βασ. add. V. 9. ὄφλων V. 23. πρὶν] πρώτως V.

Tum igitur, quod parturiebam, data, ut dixi, occasione peperi; non tamen sine magnis difficultatibus. Erant enim qui eius disputationis finem non facile animo concipientes multum mihi negotii facesserent. Ac nisi Imperator (nam quae dixeram, solus ille intelligebat, et arrepta hac occasione excellentis scientiae suae thesauros aperiebat ipse quoque ac palam exponebat) nisi, inquam, Imperator insigni benevolentia viam orationi meae patefecisset, forsitan per iniuriam condemnatus non pulchre inde nec honeste hac tandem vice discessissem. Cum igitur, ut dixi, Imperator potestatem integram nobis fecisset, mihi quidem dicendi, illis autem qui aderant audiendi, primum ea, quae maxime ad rem faciebant, velut principia ac fundamenta posui; deinde ex iis ipsis coepi argumentari. (II.) Ac primum necessariam esse dixi accuratam verni aequinoctii investigationem; quod, ut postea dicetur, totius quaestionis caput et causa est; deinde plenilunii, quod post aequinoctium existit, observationem. Porro plenilunium esse tum dicimus, cum lunae hemisphaerium nobis obversum totum lucidum est: id quod accidit paulo plus decima quarta die, ex quo luna cum sole in eadem Zodiaci parte congressa fuerit, una eademque perpendiculari utrumque contingente. Cum autem Pascha nostrum ad legale, hoc vero ad plenilunium, quod post aequinoctium existit, accommodetur, iis explicatis ratio Pa-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἀκριβὴς τοίνυν γίνεται ἰσημερία ἐν μόνοις δυσὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ νυχθημέροις· ἑνὶ μὲν ἀρχομένου ἤδη φθινοπώρου· ἑτέρῳ δ' ἀρχομένου ἔαρος εὐθύς. καὶ περὶ μὲν τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας οὐδεὶς ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι λόγος· περί γε μὴν τῆς ἠρινῆς καὶ μάλα γέ C τοι πλεῖστος. γίνεται τοίνυν ἀκριβὴς ἰσημερία ἐν ἔαρος ὥρᾳ, ὁπότε περὶ μοῖραν πρώτην ὁ ἥλιος γένοιτο τοῦ κριοῦ· ὅπη καὶ ὁ ἰσημερινὸς τοῖς ἀστροθεάμοσι διαγράφεται κύκλος. γίνεται δὲ οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἔτεσιν· ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς τοῦ Ναβονασάρου D περὶ λῆξιν ἑσπερίαν τῆς τοῦ μαρτίου πέμπτης καὶ εἰκοστῆς· ἐν δὲ τοῖς Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου περὶ μεσημβρίαν τῆς εἰκοστῆς τετάρτης αὐτοῦ· ἐν αἷς δ' ἡμέραις ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐθανατοῦτο τρίτην καὶ εἰκοστὴν διανύοντος αὐτοῦ, πολλῷ πρότερον πρὶν ἢ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν περὶ μέσην ἐκείνην τὴν νύκτα· νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ἑπτακαιδεκάτην ἀνύοντος αὐτοῦ. E οὐκ ἀκριβολογοῦμαι δ' οὔτε μὴν τὴν τῆς ἡμέρας ὥραν, οὔτε μὴν οὐδέ γε τὸ τῆς ὥρας μέρος. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον νῦν, ὅτι μὴ διατριβὴ μὴ πάνυ τοι προσήκουσα τῇ χρείᾳ. ὥστ' ἔξεστι συλλογίζεσθαι τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν κἀντεῦθεν καὶ δι' ὅσων ἐτῶν ὀπισθόπους ὁ χρόνος ἡμέρᾳ μιᾷ γίνεται καὶ δι' ὅσων αὖθις ἑτέρᾳ μιᾷ καὶ ὁμοίως ἀεί. τοῦτο δ' οὐ παρὰ τὴν τοῦ ἡλίου γίνεται κίνησιν. ὁμαλὴν γὰρ ἐκεῖνος ἀεὶ ταύτην ποιεῖται καὶ F ἀπαρέγκλιτον· ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἐνιαυσίων ἡμερῶν ἀπαρίθμησιν, ἣν σφαλερῶς αὐτοὶ ποιούμεθα. πρὸς γὰρ τοῖς τριακοσίοις

1. τοίνυν add. V. 11. ἔπασχε V., ἐθανατοῦτο W. 14. ὀκτωκαιδεκάτην V. 18. διαφοράν· κἀντεῦθεν καὶ V., διαφορὰν κἀντεῦθεν, καὶ W. 21. ἀεὶ add. V.

schatis nostri omnibus perspicua erit. Verum et proprie dictum aequinoctium binis tantum anni diebus naturalibus accidit: semel autumni initio; iterum vere statim ineunte. Ac de autumnali quidem aequinoctio nobis laborandum non est in praesentia; de verno autem accurate agendum. Fit igitur exquisitum aequinoctium vere, cum sol primam arietis partem ingreditur, in qua etiam aequinoctialis circulus ab astrologis describitur. Neque vero in quibuslibet annis similiter existit: sed in annis Nabonassari sub finem vesperae vigesimi quarti diei Martii; in annis Philippi Aridaei sub meridiem vigesimi quarti diei eiusdem mensis; quibus autem diebus Christus pro nobis mortem oppetiit, die vigesimo tertio, multum ante solis ortum ac potius media illa nocte, nunc vero nostra aetate die decimo septimo. Horam diei aut partem horae curiose non excutio, ne in re haud necessaria, immo quoad praesens institutum supervacanea, tempus teram. Quare annorum ab eo tempore elapsorum discrimen hinc colligi potest; ac facile est supputare, quot revolutis annis unius diei spatio tempus aequinoctii retro agatur; item post quot annos, biduo; atque ita deinceps. Hoc vero non ratione motus solaris accidit, qui aequalis est, nec usquam deflectit; sed ob enumerationem dierum anni, in qua nos labimur, trecentenis sexagenis qui-

ἑξήκοντα πέντε νυχθημέροις τίθεμεν καὶ ὁλόκληρον τέταρτον νυ- A. C.
χθημέρου ἑνός, οὐκ ὀφείλοντες οὕτω. ὡς γὰρ ὁ μέγας φησὶ 1282
Πτολεμαῖος, τριακοσιοστοῦ δέοντος ἡμέρας μέρους δεῖ τοῦτο ad
προστίθεσθαι καὶ οὐχ ὁλόκληρον· ὡς δ' ἔγωγε αὐτὸς ἐξακριβώσας 1328 Imp. Andron. Senioris.
εὗρον, μείζονος καὶ ἥκιστα τριακοσιοστοῦ τελέως, εἰ μὲν ἀσφα-
λῶς ἠκριβωσάμην· εἰ δὲ μή, σκέμμα τοῦτο τίθημι τοῖς ἔπειτ' P. 226
ἀστρολόγοις. ἐγὼ γὰρ οὐ σχολάζω τοῦτο νῦν διασαφεῖν. ὅμως
ἔστω κατ' ἐκεῖνον. ἧττον γὰρ λυμανεῖται τῷ λόγῳ πρὸς οὐ πάνυ
τοι πολλοὺς τοὺς χρόνους διατρίβοντι. παρατηρητέον οὖν, ὡς κατ'
ἐκεῖνον τὸν μέγιστον δηλαδὴ Πτολεμαῖον δι' ὅλων τριακοσίων
ἐνιαυτῶν νυχθήμερον ὅλον συνάγεται. τὸ δ' εἰρημένον πολλοστη-
μόριον τῆς ἡμέρας ἐν μὲν τοσούτοις ἔτεσι καὶ μάλα ἐπίδηλον ἤδη
καθίσταται· ἐν δὲ τρισὶ καὶ τέτρασι καὶ πέντε καὶ δέκα καὶ τρὶς B
τοσούτοις, οὐκ ἂν δήπου, διὰ τὸ πάνυ βραχύτατον τῆς προσθή- V. 183
κης. ὅπερ δὴ καὶ κατ' ἐνιαυτῶν παραδρομὴν τοσούτων οἱ πρὸ
ἡμῶν τὰ μετέωρα φροντισταὶ καὶ ἀστροθεάμονες ὑφαιρούμενοι
ἀσφαλῶς τὸ τῆς ἰσημερίας νυχθήμερον εὕρισκον· κἀντεῦθέν γε
μὴν ἀσφαλῆ καὶ τὴν τοῦ Πάσχα διόρθωσιν ἐποιοῦντο· καὶ τὸ
τῆς διορθώσεως ταύτης ἐγίνετο μέχρι τοῦ ἐξ Ἀδὰμ ἑξακισχιλιοστοῦ
τριακοσιοστοῦ ἔτους ἔγγιστα. τὸ δ' ἐξ ἐκείνου μέχρις ἡμῶν οὐκ C
οἶδ' ὅπως ἐρρᾳθυμημένον τὸ πρᾶγμα καὶ ἀδιόρθωτον ἔμεινε. καὶ
νῦν ὀφείλοντες οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἄνθρωποι τὴν ἀρχὴν
τῆς τοῦ Πάσχα παρατηρήσεως πρὸ τῆς τοῦ μαρτίου ἔγγιστα ποι-
εῖσθαι εἰκοστῆς, οἱ δ' ἐκ τῆς αὐτοῦ δευτέρας καὶ εἰκοστῆς ποι-

5. ἧττονος pro μείζονος V. 14. πάνυ add. V.

nis diebus integrum unius diei quadrantem adiiciendo, contra quam oportebat. Ut enim magnus Ptolemaeus auctor est, non quadrans integer addendus, sed ex eo trecentesima diei pars deducenda; ut autem ego diligenti inquisitione comperi, minus neque praecise trecentesima pars. Quam meae rationis certitudinem nunc explicandi locus non est: viderint hoc qui sequentur astrologi. Sed tamen sit ita, ut ille dicit. Ea enim ratio in annis non plurimis parum nostram disputationem impediet. Hoc itaque observandum est, Ptolemaeum virum maximum censuisse, annis totis trecentis integrum diem naturalem conflari. Porro minuta illa diei pars tot quidem annis evidentissima existit. Ternis vero, quaternis, quinis et denis, aut ter etiam totidem, exigua illa accessio non sentitur. Qua ante nos post totidem annos subtracta rerum caelestium et astrorum periti diem aequinoctii exquisite repererunt; atque inde etiam Paschatis tempus vera ac certa correctione constituerunt: eaque correctio obtinuit ad annum fere ab Adamo sexies millesimum ac trecentesimum. Ex eo vero tempore ad nostram usque aetatem res neglecta nescio quomodo incorrecta mansit: et qui nostro tempore in Ecclesia Paschatis observationem proxime ante vigesimum Martii diem auspicari debebant, eam a vigesimo secundo auspicantur, non

A. M. 6791 ad 6336 Imp. Andron. Senioris.

οῦνται, οὐκ ὀρθῶς γε ποιοῦντες τουτί. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ τῆς πρὸς κριὸν ἡλιακῆς εἰσόδου τὰ τῆς ἰσημερίας ἀποφαινόμεθα, τὴν δέ γε πανσέληνον ὁμοίως οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ τῆς τοῦ ἡλίου διαμετρικῆς ἀποστάσεως καὶ ἔτι γε τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν οὐκ ἄλλοθέν ποθεν ἢ τῆς πανσελήνου· εὔδηλον ἄρα, ὡς D τῆς ἰσημερίας μεταπεσούσης μετέπεσε καὶ τὰ τῆς πανσελήνου· καὶ ταύτῃ γε ἑπομένως συμπαρήλλαξε καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων Πάσχα, κἀκείνῳ δ' αὖ δήπου συμπαραλλάττειν χρεὼν καὶ τὸ ἡμέτερον. πρὸς γὰρ ἐκεῖνό γε ἀφορᾷ τὸ ἡμέτερον κἀκείνῳ τέτακται ἕπεσθαι οἱονεί τινι κρηπῖδι καὶ θεμελίῳ. ῥᾴδιον δ' ἂν εἴη βουλο-E μένοις ἡμῖν ποιήσασθαι τὴν διόρθωσιν, βραχύ τι πλέον ἢ δύο νυχθημέρων ὑφαίρεσιν ποιησαμένοις. οὕτω γὰρ ἀνήκειν τοῖς μεταξὺ τοσούτοις ἔτεσιν ἡ τῆς ἀστρονομίας ἐπαγγέλλεται μέθοδος. τούτου δὲ μὴ γιγνομένου τὸ σφαλερὸν οὐ μικρόν. συμπίπτει γὰρ ἔσθ' ὅτε, καθὰ καὶ πολλάκις ἤδη γεγένηται, οἴεσθαι μὲν εἶναι πανσέληνον τὴν κυριακὴν καὶ πρώτην ἡμέραν τῆς μελλούσης ἑβδο-F μάδος· οἴεσθαί γε μὴν τοῦτο ψευδές· γεγενῆσθαι γὰρ ἤδη πρὸ δύο νυχθημέρων κατὰ τὴν ἕκτην δηλαδὴ τῆς παρεληλυθυίας ἑβδομάδος ἡμέραν· κἀντεῦθεν σφαλλομένους ἄλλην ἀντ' ἄλλης περιμένειν κυριακὴν καὶ ποιεῖν τὴν ἀναστάσιμον ἑβδομάδα, ἑβδομάδα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων. καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ σφάλματος ἐντεῦθεν γνώριμα τοῖς ἅπασιν. ὅτι δ' οὐχ ἁπλῶς οὑτωσί πως οὐδ' εἰκῇ καὶ μάτην τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεμένων ἐτέθησαν, ἀλλ' ἕκαστα λόγον ἔχουσιν εὔλογον, δῆλον ἤδη ποιήσομαι. ἡ μὲν γὰρ μετ' ἰσημερίαν πανσέληνος τοῖς Ἑβραίων ζητεῖται παισίν· ἐπειδὴ

22. **οὑτωσίπως** add. V.

recte sane. Nam cum aequinoctium ab ingressu solis in arietem, plenilunium a distantia solis diametrica, Pascha autem legale ab ipso plenilunio repetamus, satis constat, mutato aequinoctii die plenilunium etiam mutatum esse. Unde sequitur, Judaeorum etiam Pascha variavisse, ac simul cum eo nostrum etiam variasse oportere, quoniam nostrum ab illo pendet et ex eo tanquam basi ac fundamento educitur. Facile autem hic error corrigetur, si paulo plus biduo integro detrahere voluerimus. Ita enim tot interiectorum annorum rationi convenire methodus astronomiae docet. Quod nisi fiet, error haud parvus incidit: et fit interdum, ut saepe iam factum est, ut opinemur primo et Dominico hebdomadis instantis die plenilunium fore; id autem falso opinemur, cum plenilunium biduo ante, hoc est in sextum eius, quae antecessit, hebdomadis diem inciderit, et nos ob eum errorem alium atque alium Dominicum diem expectemus et Christi passionem in hebdomade resurrectionis celebremus. Unde quae errata consequantur, nemini est obscurum. Haec autem non inepte neque temere ab auctoribus esse posita, sed rationem singula probabilem habere iam declarabo. Hebraei plenilunium, quod post aequinoctium existit, observant, quoniam et illud

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τοιοῦτος καὶ ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἦν, καθ' ὃν τόν τε ἀμνὸν ἔθυσαν καὶ Αἴγυπτον ἔφυγον. ἡ μὲν γὰρ τότε ἰσημερία τῇ τοῦ μαρτίου ἐννάτῃ καὶ εἰκοστῇ γεγένηται· ἡ δὲ μετὰ τὴν ἰσημερίαν τότε πανσέληνος τῇ μετ' αὐτὴν ἑξῆς, ἥτις κατ' ἐκείνους ἦν τεσσαρεσκαιδεκάτη τοῦ Νισσάν· ὃς ἀντὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μαρτίου πρῶτος P. 227 αὐτοῖς ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀριθμεῖται. οὐ γὰρ ὁμοίως ἡμῖν οὐδ' ἀπὸ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ποιοῦνται τὰς τῶν μηνῶν τε καὶ ἐνιαυτῶν ἀρχὰς Πέρσαι καὶ Ἀλεξανδρεῖς καὶ Αἰγύπτιοι καὶ B πρὸς τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίων παῖδες, ἀλλ' ὡς ἑτέρως ἕκαστοι. Ἀλεξανδρεῖς μὲν γὰρ πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς πρώτης τοῦ καθ' ἡμᾶς σεπτεμβρίου τὴν ἀρχὴν τοῦ σφετέρου τίθενται ἔτους· Αἰγύπτιοι δὲ νῦν μὲν αὐτήν, νῦν δ' ἑτέραν, καὶ ἄλλοτ' ἄλλην ἀεί· καὶ Πέρσαι δὲ καὶ Μῆδοι καὶ Ἰνδοὶ τούτοις τε πᾶσι καί σφισιν αὐτοῖς ἀλλήλοις ἀσύμφωνα. καὶ Ἰουδαῖοι δὲ ποτὲ μὲν τήνδε τοῦ καθ' ἡμᾶς μαρτίου, ποτὲ δ' ἑτέραν ἡμέραν, καὶ ἄλλοτ' ἄλλην C ἀεί, ἀρχὴν τοῦ παρ' αὐτοῖς ποιοῦνται Νισσάν, ἀπὸ γὰρ συνόδου πρὸς σύνοδον τῶν δύο φωστήρων τὰς τῶν μηνῶν ἀριθμοῦντες περιόδους τὸν ἑαυτοῦ μεταξὺ τὴν ἠρινὴν ἰσημερίαν περιλαμβάνοντα πρῶτον καὶ ἀρχὴν τῶν ἄλλων ποιοῦνται μηνῶν καὶ Νισσὰν ὀνομάζουσιν, ἀόριστον τὴν οἰκείαν ἔχοντα ἀρχήν. φησὶν οὖν πρὸς Μωσέα πάλαι ὁ κύριος· „ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν πρῶτος ὑμῖν ἐστιν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου V. 184 λαβέτω ἕκαστος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πρόβατον κατ' οἰκίαν. καὶ D ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου· καὶ σφάξουσι πρὸς ἑσπέραν καὶ φάγονται. καὶ ποιήσετε

1. **τοιοῦτος** add. V.

ipsum tempus fuit, quo agnum immolarunt, et ex Aegypto fugerunt. Nam illius anni aequinoctium die Martii nono et vicesimo fuit: et plenilunium, ab aequinoctio proximum, postridie extitit, nempe eo die, qui secundum illos decimus quartus mensis Nissan fuit, quem illi Martii nostri loco primum anni mensem numerant. Neque enim sicuti nos nec ab uno eodemque die menses et annos Persae, Alexandrini et Aegyptii auspicantur, nec ipsi praeter alios Iudaei: sed singuli aliter. Alexandrini quarto Cal. Septembris nostri annum suum auspicantur: Aegyptii nunc ab eodem, nunc ab alio die, et subinde aliter. Persae, Medi, Indi neque cum his neque inter se consentiunt. Iudaei vero nunc ab hoc nunc ab illo atque alias ab alio Martii nostri die suum Nissan ordiuntur. Nam a congressu ad congressum duorum luminum mensium circuitus numerare soliti eum mensem, qui vernum aequinoctium continet, reliquorum mensium principium constituunt eumque Nissan vocant, cuius ipsius incertum est principium. Dominus quidem Mosi olim dixit: „Mensis hic vobis principium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Decima mensis huius sumat unusquisque filiorum Israël pecus per domum. Et erit vobis conservatum usque ad quartam et decimam mensis huius. Et occident ad vesperam. Et manducabunt. Et facietis diem hunc legitimum ae-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

τὴν ἡμέραν ταύτην νόμιμον αἰώνιον εἰς γενεὰς ὑμῶν." ταῦτ᾽ ἄρα
καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐτήσιον ἀεὶ ποιοῦνται τὴν
τοῦ Πάσχα πανήγυριν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ εἰς τύπον τῆς ἐκ
τοῦ παρόντος πρὸς τὸν μέλλοντα αἰῶνα διαβάσεως κατὰ τὴν ἐξ
E Αἰγύπτου διάβασιν. ὅθεν καὶ ἀνεσπέρου τοῦ μέλλοντος ὄντος
αἰῶνος ἀνέσπερον ἕτερον τρόπον εἶναι δεῖν φασι καὶ τὸ τῇδε τῇ
πανηγύρει διακονοῦν νυχθήμερον. τοῦτο δὲ γίνεται πλησιφαές τε
καὶ πανσέληνον τὸ πρὸς ἡμᾶς ἡμισφαίριον τῆς σελήνης ἐχούσης.
τὴν γὰρ τοῦ ἡλίου τηνικαῦτα δύσιν ἡ τῆς σελήνης εὐθὺς ἀνατολὴ
διαδέχεται καὶ οὐδεμίαν ὥραν ἡμῖν ἐᾷ σκοτισθῆναι τὸν ὑπὲρ κε-
F φαλῆς ἀέρα. ἦν μὲν τοίνυν καὶ τότε, ὡς εἰκὸς, πλησιφαὲς τὸ
πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς ἡμισφαίριον ἔχουσα ἡ σελήνη τῇ ἕκτῃ τῆς ἕκτης
ἐκείνης ἡμέρας ὥρᾳ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν τηνικαῦτα τοῦ ἡλίου
ἀφισταμένη μοίρας. διά τοι τοῦτο καὶ τεράστιον ἔδοξε τοῖς ἀστρο-
λόγοις καὶ ὑπὲρ λόγον ὁ λόγος τῆς τότε γενομένης ἡλιακῆς ἐκλεί-
ψεως. οὐ γὰρ φυσικός τις εἵπετο ταύτῃ λόγος. ἐν γὰρ μιᾷ τοῦ
ζωδιακοῦ γενομένων μοίρᾳ τῶν δύο φωστήρων αἱ φυσικαὶ τοῦ
P. 228 ἡλίου τελοῦνται ἐκλείψεις, ὑποτρεχούσης τῆς σελήνης τὸν ἥλιον.
ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν διϊσταμένην μοίρας τὴν σελήνην ὀπι-
σθοδρομῆσαι καὶ ὑποδραμεῖν τὸν ἥλιον, τοῦτο δ᾽ ὑπὲρ πάντα
φυσικὸν ἐτελεσιουργήθη λόγον. ὅθεν καὶ πρό γε πάντων ἀστρο-
νόμοι τὸ θαῦμα διὰ θαύματος ἦγαγον καὶ θεὸν εἶναι τὸν πάσχοντα
ἔφασαν. τοῖς γὰρ ἀμαθέσιν οὐδὲ τεράστιον ἔδοξεν, ἀλλ᾽ εἰωθὸς

10. ἡμῖν add. V. 12. τῆς add. V.

ternum in progenies vestras." Hac de causa et in memoriam illius diei quotannis festum Paschatis celebrant. Nec ob eam tantum causam; verum etiam ut sit typus seu figura transitus ex hoc saeculo in futurum, sicut ipse transitus ex Aegypto. Cum itaque futurum saeculum vesperam habiturum non sit, alio modo sine vespera etiam eius solennitatis diem esse oportere aiunt: id quod fit, cum lunae hemisphaerium, nobis obversum, plenum lumine seu totum lucidum est. Solis enim occasum statim tum exortus lunae sequitur, nec ullam horam caelum nobis obscurum esse sinit. Fuit igitur tum quoque, ut probabile est, hemisphaerium lunae, quod versus nos spectat, plenum luminibus sexta sexti illius diei (quo nimirum Christus passus est) hora, cum luna centum et octoginta partibus a sole distaret. Quamobrem monstrosa visa est astrologis et supra rationem ea quae tum accidit solis defectio. Neque enim causam in natura aliquam habebat. Nam cum eandem utrumque lumen partem Zodiaci occupat, naturales solis defectiones contingunt, luna solem subeunte. Eam vero partibus centum et octoginta dissitam retro converso cursu solem subiisse, id vero supra naturalem omnem rationem factum est. Quare id miraculum astronomi ante alios omnes sunt mirati, et Deum esse qui pateretur dixerunt. Nam indoctis minime quidem id portentosum, sed superioribus

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

τοῖς πλείστοις ἔτεσιν. ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ πανσελήνῳ καὶ τὸ Πάσχα τοῖς Ἰουδαίοις ἐθύετο· ἐν ἐκείνῃ δέ γε καὶ τὰ τῆς ἰσημερίας ἦν· ἐν ἐκείνῃ δὲ καὶ ὁ σωτὴρ, ὡς ἔφημεν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐθανατοῦτο. γνώριμον δὲ δήπου τοῖς ἅπασιν, ὡς τρίτη μὲν ἦν μετὰ τὴν νομικὴν ἐκείνην ἑορτὴν, ἐν ᾗ τὸ τῆς θεϊκῆς ἡμῖν ἀναστάσεως B μυστήριον ἐγεγένητο· καὶ ὡς πέμπτην καὶ εἰκοστὴν τηνικαῦτα ὁ μάρτιος ἤνυε μήν. ἃ δὴ δύο ὄντα ἐν ταὐτῷ, τήν τε τοῦ μηνὸς ἡμέραν δηλαδὴ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, διχῇ καὶ τριχῇ καὶ πολλαχῇ διελόμενοι τὸ τῶν εὐσεβῶν σύστημα οἱ μὲν τὴν τοῦ C μηνὸς ἡμέραν νόμιμον αἰώνιον ἦγον ἑξῆς ὑπηρέτιν τῆς ἡμῶν πανηγύρεως· οἱ δὲ τὴν τοῦ νομικοῦ Πάσχα πανήγυριν πρότερον ἀνιχνεύοντες εἶτα τὴν ἐξ ἐκείνης τρίτην ἑόρτιον ἦγον τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς μυστηρίου· κἀντεῦθεν ἀνέορτον καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς ἐφαίνετο καὶ οὐ μικρόν τι τὸ στασιάζον καὶ ἀτακτοῦν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ἐπήγετο. εἰ μὲν γὰρ ἀεὶ τὴν ἐκ τοῦ νομικοῦ Πάσχα τρίτην ἐν D ταὐτῷ συνέπιπτε καὶ πέμπτην εἶναι τοῦ μηνὸς καὶ εἰκοστὴν, βέλτιον ἂν ἦν καὶ ὁμήγυρις ἦν ἡ πανήγυρις. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν συμπίπτειν ἀμφότερα πάνυ τοι σπάνιον καὶ μόγις που διὰ πλείστων ἐτῶν· τὸ δὲ διεστάναι θάτερον θατέρου, τοῦτο δὲ μικροῦ διηνεκὲς καὶ ἐτήσιον· οἱ μὲν ἔφθανον τὴν μετ᾽ ἰσημερίαν πανσέληνον, οἱ δ᾽ ὑστέριζον. ἄλλοι δὲ χαίρειν φάσκοντες ἰσημερίας καὶ ἀμνοὺς καὶ θύματα καὶ πάντα νόμιμα ἔθιμα μόνην τὴν τεσσαρακον- E θήμερον ἐξαριθμοῦντες ἤνυον νηστείαν, ὅποι τε καὶ ὅπως τύχοιεν. ἐντεῦθεν καὶ σύγχυσίς τις καὶ κυκεὼν ἦν καὶ γλωσσῶν, ὡς εἰπεῖν,

21. καὶ ἀμνοὺς om. V. 24. ἦν add. V.

etiam annis usitatum visum est. Eo igitur plenilunio Pascha Iudaei immolarunt; eo aequinoctium fuit; eo et Servator noster mortem pro nobis oppetiit. Omnibus porro notum est, tertiam fuisse post legale illud festum eam diem, qua Dominus noster a morte resurrexit, eamque fuisse mensis Martii diem vigesimam quintam. Quae duo utique, nimirum et mensis diem et resurrectionis mysterium, cum coniuncta essent, bifariam et trifariam et multifariam divisa piorum coetus observavit. Nam alii mensis diem perpetuo instituto nostrae festivitati dicaverunt; alii Paschatis diem ex observatione legis prius indagabant; deinde tertio post die mysterium nostrum celebrabant. Unde infesta, ut ita dicam, festivitas extiterat, et non parva seditio et perturbatio in Christi Ecclesiam invaserat. Nam si semper tertius a legali Paschate dies incideret in quintum ac vigesimum Martii diem, melius id esset festumque consentiret. Sed quia perraro fit, ut simul incidant et vix intra annos plurimos: perpetuo autem et quotannis fere accidit, ut alterum ab altero distet; alii plenilunium, quod post aequinoctium existit, anteverterunt, alii sequuti sunt: alii spretis aequinoctiis et agnis et sacrificiis et omnibus legitimis ritibus quadragesima tantum numerata ieiunium absolverunt, ubivis et utcunque cecidisset. Hinc multa confusio et

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μερισμὸς ἐφ' ἑνί τινι πράγματι. ἧπου γὰρ εἰκὸς, τοὺς μὲν ἀσιτίαν ἀσκεῖν καὶ συμπαθεῖν τοῖς τοῦ σωτῆρος πάθεσι· τοὺς δὲ τρυφᾶν καὶ τοῖς ἐκείνου ἐπινικίοις συνήδεσθαι· καὶ τὸ καλὸν οὐ καλῶς ἑκατέρους ἐπιτελεῖν, πολλὰ ποιοῦντας τὸ ἓν καὶ V. 185 διασπῶντας τὴν τῆς ἐκκλησίας ὁμόνοιαν καὶ τὸν καλῶς ἀλληλουχού- F μενον μεριζομένους σύνδεσμον. τοῦτο τοίνυν οὕτω τεμνόμενον καὶ οὕτω διασπώμενον οἱ τῆς εὐσεβείας πρόβολοι καὶ θεῖοι συνιδόντες διδάσκαλοι θεσπίσμασι κανονικοῖς ὡσπερεί τισι χαρακώμασι περιφράττουσι, μηδένα πιστὸν πρό γε τῆς ἠρινῆς ἰσημερίας τελεῖν τὴν τῆς ἀναστάσεως νομοθετήσαντες πανήγυριν· ἀλλ' ἐν κυριακῇ τῇ ἐφεξῆς μετὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν Πάσχα, τῇ μετὰ πανσέ- P. 229 ληνον δηλαδὴ τῇ μετ' ἰσημερίαν. ταῦτ' ἄρα καὶ χρεὼν πάντα πιστὸν σὺν ἀκριβείᾳ ζητεῖν τὴν μετ' ἰσημερίαν πανσέληνον, εἰ βούλοιτο μὴ παραβαίνειν τὰ τῆς ἐκκλησίας θεσμά. ταύτης γὰρ λανθανούσης ἕπεται λανθάνειν καὶ τὴν ἡμῖν ὀφειλομένην ἡμέραν ἑόρτιον καὶ ὥσπερ ἐν ἀδήλῳ πελάγει ναυαγεῖν ἡμᾶς ἴσα γε πλανωμένῃ νηΐ, ἣν ἀπολαβοῦσαι νύκτες καὶ χειμῶνες τάς τε ἀγκύρας ἐξέκοψαν καὶ αὐτὴν τῆς προσηκούσης μάλα ἀπήλλαξαν καταγωγῆς.

B (Γ.) Τούτων οὕτω λεχθέντων καὶ οὕτω διατρανωθέντων προσήκατο μὲν καὶ ἥσθη τῇ ἀποδείξει ὁ βασιλεύς· τάχα δ' ἂν καὶ ἐμέλλησε τὴν διόρθωσιν αὐτίκα ἐπενεγκεῖν· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο σύγχυσις μᾶλλον τοῖς ἀμαθέσι φανῇ καὶ μερισμὸν ἐπαγάγῃ τῇ ἐκκλησίᾳ,

8. διδάσκαλ.] ἀπόστολοι V. 12. An τὴν? BOIV. 19. ἀπεδέξατο V. pro προσήκατο. 22. Post ἐκκλησίᾳ add. V.: ἣν αὐτὸς πολλοῖς ἱδρῶσι συνεστήσατο καὶ συντετριμμένην ἰάσατο καὶ ἀπωσμένην ἀνεκαλέσατο.

perturbatio et quaedam veluti linguarum partitio extitit ex unica re. Certe enim probabile est, alios cibis abstinuisse et Servatoris passionem cum dolore esse recordatos: alios vero indulsisse genio et eius triumpho exultasse: et quod rectum erat neutros recte obiisse, unum in multa dividendo, et Ecclesiae concordia divellenda, et unionis pulchro vinculo dissolvendo. Quam ita scissam ita distractam religionis propugnatores sanctique doctores cum animadvertissent, canonicis sanctionibus velut aggeribus quibusdam obiectis prohibuerunt, ne quis fidelis ante vernum aequinoctium Resurrectionis festum celebraret: sed die Dominico, qui post Pascha Iudaicum seu post plenilunium proximum ab aequinoctio existiteret. Quibus de causis cuilibet fideli diligenter est id plenilunium quaerendum, quod ab aequinoctio proximum est, nisi ritus Ecclesiae violare malit. Hoc enim ignorato sequitur etiam diem ignorari, quae nobis festa esse debet; nosque velut in ignoto pelago facere naufragium, perinde ac errantem navem, quae nocte et tempestatibus intercepta et abscissis ancoris spoliata ab opportuna statione longe abducatur. (III.) Haec ad hunc modum explicata et demonstrata Imperator cum voluptate accepit; fortassis etiam correctionem statim aggressurus, nisi veritus esset, ne indocti maiorem confusionem invehi per eam correctionem crederent, ac dissideret Ecclesia. Itaque rem silentio

σεσιγημένον ἀφῆκε τὸ πρᾶγμα καὶ ὅλως ἀνεπιχείρητον. μηδὲ A. C.
γὰρ ἂν εἶναι ῥᾴδιον ἔφησεν, ἅπαντας ἐν ταὐτῷ τοὺς ἀνὰ πᾶ- 1282
σαν ἤπειρον καὶ νῆσον ὁμοφύλους διαδραμεῖν καὶ πεῖσαι μετα- ad 1328
μαθεῖν τὴν διόρθωσιν· μερίζεσθαι δ' αὖ καὶ ἄλλους ἄλλην πανη- Imp. Andron. Senioris.
γυρίζειν καὶ ἑτέραν ἑτέρους ἄγειν ἑόρτιον, τοῦτο δ' οὐ σφόδρα C
χρηστόν. ὥστ' ἐξ ἑκατέρων θάτερον κουφότερον ἐφάνη, κεῖσθαι
τὰ τοῦ πράγματος ὡς ἔκειτο καὶ μένειν ὡς ἔμενεν μέχρις ἡμῶν.
ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον μᾶλλον ἐδόκει κουφότερον. τὸ γὰρ τοὺς ὁμο-
φύλους ἅπαντας καθάπαξ πεῖσαι τῇ διορθώσει συνθέσθαι, εἰ μὴ D
ῥᾴδιον χρόνῳ ἑνὶ, ἀλλὰ δυσὶ καὶ τρισὶ ῥᾴδιον ἂν ἦν· ὥσπερ κἀν
τοῖς πρὸ ἡμῶν, ὡς ἔφημεν, πάλαι πολλάκις γεγένηται. ἀλλὰ δι'
ἣν ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίαν τὸ τοῦ βασιλέως τέως ἐκράτησε δόγμα
μᾶλλον ἢ τὸ ἡμέτερον. ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις.

ιδ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς Βυζάντιον ἐστέφθη A. C. 1325
φεβρουαρίου ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος. συνέβη δ' Februar. 2 V. 186
ἀπερχομένοιν τοῖν δυοῖν βασιλέοιν ἐς τὸ μέγα τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας P. 230
τέμενος τῆς στεφηφορίας ἕνεκα πεσεῖν τὸν γηραιὸν βασιλέα ξύν γε
τῷ ἵππῳ ὀλισθήσαντι εἰς τελματώδη λίμνην τινὰ κατὰ τὴν ὁδὸν
ἐξ ὀμβρίων ὑδάτων συστᾶσαν· καὶ ἔδοξε τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα
τοῖς συνετωτέροις οὐκ ἀγαθὸς ὄρνις εἶναι τῷ πεπτωκότι. (B.) Ἐς
δὲ τοὐπιὸν ἔτος ἀπῄει συζευχθησομένη τῷ Κράλῃ Σερβίας ἡ θυ-
γάτηρ τοῦ πανυπερσεβάστου. μετὰ βραχὺ δ' ἀπῄει πρὸς αὐτὴν
θεωρίας ἕνεκα καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ὁ πανυ- B
περσέβαστος οὐκ ἐθέλων ἔτι ὑπὸ βασιλεῖ εἶναι, ἀλλ' ἑαυτῷ περι-

15. φεβρουαρίῳ A.

praeteriit et plane intactam reliquit. Negavit enim esse facile, universos simul omnium orbis regionum et insularum habitatores percurri, et correctionem hanc demum edoceri. Rursum dissensiones esse et alios alio die festum celebrare, ne id quidem valde bonum esse. Quibus incommodis inter se collatis praestare visum, ne quid novaretur; sed ita manerent omnia, ut ad nos pervenissent. Mihi vero contrarium magis probabatur. Nam omnes eiusdem Imperii cives, si non uno at altero et tertio anno facile adduci posse, ut correctionem illam ratam haberent: id quod et ante nos olim, ut diximus, saepe factum est. Caeterum ob eas causas, quas dixi, Imperatoris sententia magis valuit quam nostra. Sed de his quidem satis hactenus.

14. Post haec Byzantium profectus Imperator IV. Nonas Februarii octava Indictione coronatus est. Accidit autem, ut utroque Imperatore ea de causa in magnum Sanctae Sophiae templum abeunte senior lapso equo in limosam quandam paludem ex aqua pluvia collectam concideret in via: qui casus non bonum ei qui cecidisset omen esse visus est iudicio prudentiorum. (II.) Sequenti anno Panypersebasti filia Crali Serviae nuptura abiit. Paulo post et mater, eius visendae gratia, eodem sese contulit. Quam mox et Panypersebastus sequutus est, nolens Imperatori diutius obnoxius esse,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ποιήσασθαι βασιλείαν, ἅτε δηλαδὴ κλῆρον οὖσαν αὐτῷ πατρικόν, ἀφεὶς τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν ᾤχετο καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐς Κράλην τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ, σύμμαχον αὐτὸν ληψόμενος τῷ σκοπῷ τοῦ τοιοῦδε βουλεύματος. ὑφ' οὗ προσδεχθεὶς ἐξῆλθεν ἅμα αὐτῷ καὶ πᾶσαν τὴν ἄχρι Στρυμόνος τοῦ πο- C ταμοῦ καὶ Σεῤῥῶν ἐλῄσατο χώραν. ὅθεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς διὰ δέος μειζόνων κακῶν ἀπέστειλε πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν καὶ ἅμα τῇ πρεσβείᾳ καὶ τὰ τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα. ἅπερ ἐν τῷ τῶν Σκοπίων πολιχνίῳ δεξάμενος ἐκεῖνος ἐφόρεσε καὶ εἰρηνεύειν ὑπέσχετο τοῦ λοιποῦ καὶ μηδὲν ἔτι πλέον ζητεῖν. ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ ἐς Θεσσαλονίκην ἐπανελθεῖν, ἀλλὰ νόσῳ δεινοτάτῃ ληφθεὶς μετὰ βραχείας ἡμέρας ἐκεῖ τὸ πέρας τοῦ βίου ἐδέξατο. Καισά- D ρισσα δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ποθοῦσά τε συνεῖναι τῇ θυγατρὶ καὶ τῷ γαμβρῷ καὶ πρός γε αἰδουμένη Ῥωμαίους διὰ τὰ συμπεσόντα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς οὐκ ἤθελεν ἐκεῖθεν ἐξελθεῖν. ταῦτ' ἄρα ἀναγκασθεὶς ὁ πατὴρ αὐτῆς κεκίνηκε τὸν βασιλέα πρεσβείαν πρὸς τὸν Κράλην ποιήσασθαι περί τε καταστάσεως ἄλλης τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων καὶ περὶ τῆς Καισαρίσσης, ὅπως οἴκαδε ἀναγκάσῃ ταύτην E ἐπανιέναι. (Γ.) Τότε τοίνυν ἀπεστάλην κἀγὼ πρέσβυς ἐς Κράλην σύν τε ἄλλοις καὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς δι' ἃς ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας. ἐπειράθημεν δὲ οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ ὁδῷ τῶν δεινῶν, φήμης τε μελλούσης Σκυθικῆς ἐφόδου διατρεχούσης καὶ θορυβούσης τὴν V. 187 Θρᾴκην καὶ διωκούσης ἐκ τῆς χώρας ἐς τὰ φρούρια τοὺς ἀνθρώ-

21. Quae a verbo ἐπειράθημεν sequuntur usque ad sectionem septimam om. A. Vid. Notas.

sed sibi ipsi vindicare Imperium, quod nimirum hereditario iure ad se pertineret. Relicta igitur Thessalonicae cura et administratione et ipse ad Cralem generum suum abiit, a quo ad exsequenda destinata adiuvaretur. Ab eo igitur susceptus et una cum eo egressus omnem regionem usque ad Strymonem et Serrhas populatur. Quamobrem senior Imperator maiorum malorum metu legatos ad eum misit, et Caesareae dignitatis insignia deferenda ei simul curavit. Quae ille Scopiis, quod exiguum oppidum est, accepta gestavit, seque deinceps quieturum esse promisit neque quicquam amplius petiturum. Sed iam Thessalonicam rediturus gravissimo morbo affectus intra paucos dies illic decessit. Caesarissa vero uxor eius cum consuetudinem filiae et generi desiderans, tum Romanos reverita, propter illa quae maritus eius fecerat, inde abire noluit. Qua re pater eius coactus Imperatori auctor fuit mittendae ad Cralem legationis tum de caeteris Romani Imperii rebus ordinandis, tum de Caesarissa cogenda, ut domum rediret. (III.) Atque ipse quoque tunc legatus ad Cralem ivi cum alios comitaturus, tum Caesarissae ipsius fratrem, ob eas scilicet causas, quas supra diximus. In eo autem itinere non paucas experti sumus difficultates, cum Scythicae incursionis fama Thraciam pervagaretur ac perterreret et

πους καὶ τοὺς οἴκους ἐρήμους ποιούσης, ἐφ' ὧν ἡνίκ' ὀψὲ εἴη καταλύειν ἡμᾶς ἐχρῆν καὶ τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ μόχθον ἀποτρίβεσθαι. καὶ τὰ μὲν ἄχρι Στρυμόνος συμπεπτωκότα ἡμῖν ἐῶ. ἐκεῖσε μὴν γενομένοις ξυνηνέχθη τι καὶ παθεῖν ἡμᾶς πλέον ἀκοῆς μάλιστα πάντων ἄξιον, ὁπόσα λύπης καὶ γέλωτος φέρει σπονδὰς ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ. ἀβουλίᾳ γάρ τοι τοιαύτῃ χρησαμένοις, ὁποία καὶ Δημοκρίτου μάλα τοι γελῶντος ἐρρήη ἄν, ἐς τοιοῦτον συνηλάθη κίνδυνον ἡμῖν τὰ ἡμέτερα, ὁποῖος καὶ Ἡρακλείτου μάλα γέ τοι δακρύοντος ἐρρήη ἄν. ἴσασι γὰρ ἅπαντες πεζοῖς καὶ ἱππόταις ἀνδράσιν ἄπορον ὄντα Στρυμόνα τὸν ποταμόν· ὅτι καὶ μέγιστος P. 231 ἐπεφύκει ὁπόσοι Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν τέμνοντες ἔς τε Ἑλλήσποντον καὶ Αἰγαῖον ποιοῦνται τὰς ἐκβολάς. τίκτουσι γὰρ αὐτὸν τὰ ὑπερκείμενα μέγιστα ὄρη, ἃ κατὰ τὸ συνεχὲς παρατείνει μέχρι τοῦ Ἰονίου πελάγους ἐκ τοῦ πόντου ἀρξάμενα τοῦ Εὐξείνου, ὁρίζοντα μὲν πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν, πρὸς δ' ἄρκτους τάς τε Μυσῶν χώρας καὶ ποταμὸν τὸν Ἴστρον· ὃς καὶ αὐτὸς μέγιστος ὢν ἢ πάντες, ὅσοι τὴν Σκυθικὴν B ἐπίασι, πέντε στόμασιν ἐς τὸν Εὔξεινον ἐκδίδοται πόντον. τοῦτον οὖν τὸν Στρυμόνα ἐκ τοιούτων πηγῶν ἀνίσχοντα καὶ οὕτω βαθυδίνην γιγνόμενον ἀκατίῳ ἑνί τινι πάνυ σμικρῷ διαπεραιούμενοι καθ' ἕνα που ἢ καὶ σύντρεις ἐνίοτε ξύν τε ὑποζυγίοις αὐτοῖς πολλήν τινα τὴν ἡμέραν κατηναλώκειμεν. ὁ γὰρ τῶν ὑποζυγίων καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀριθμὸς εἰς τὸ διπλάσιον ἢ καθ' ἑπταπλάσιον δεκάδα C ἦν ἀνηγμένος. ὁ δ' ἥλιος τὸν ἡμέτερον παραλλάξας μεσημβρινὸν

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. F

21. Videtur scripsisse Gregoras, ἢ σύνδυο, ἢ καὶ σύντρεις. BOIV.

homines ex agris in castella se reciperent, desertis aedibus, in quibus nos vesperi diversari et corpora fessa de via recreare oportebat. Ac ea, quae ad Strymonem usque nobis acciderunt, mitto. Ibi autem gravius aliquid nobis accidit; eorum nempe omnium, quae dolorem et risum in hominum animis consociant, maxime dignum auditu. Temeritate enim nostra, quae Democriti splenem postulet, in id periculum devenimus, quo vel Heracliti lacrymae exhauriantur. Norunt omnes, Strymonem fluvium et peditibus et equitibus esse impervium: propterea quod maximus est omnium fluviorum, qui Macedoniam ac Thraciam mediam secantes in Hellespontum et Aegaeum mare exonerant. Oritur enim e superimpendentibus maximis montibus, qui a Ponto Euxino exorsi continentibus iugis usque ad Ionium mare porriguntur; ac meridiem et Austrum versus Thraciam et Macedoniam; versus Septentrionem Mysorum terras et Istrum fluvium terminant: qui et ipse maximus inter eos qui Scythiam perfluunt quinque ostiis in Euxinum pontum irrumpit. Hunc igitur Strymonem, talibus fontibus ortum et adeo vorticosum, unica eaque exigua navicula traiiciendo nunc singuli, atque interdum etiam terni cum ipsis iumentis, magnam diei partem consumsimus. Nostrum enim et iumentorum numerus bis septuaginta excedebat. Et iam sol

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

ἔς τε δύσιν καὶ ὁρίζοντα τὸν ἑσπέριον ᾔει. καὶ δέον ὂν σταθμῷ χρήσασθαι καὶ καταλύειν αὐτοῦ που, ἡμεῖς δ' ἁμαρτόντες ὁδῷ ἔτι ἐχρώμεθα, ἐλπίσαντες πάντως καταγωγίοις ἀποχρῶσιν αὐτίκα ἐντεύξεσθαι, πρὶν ἢ πεντεκαίδεκα σταδίων ἔχειν ἀνύτειν ἐς τὸ πρόσω ὁδόν. ἦν δὲ ἄρα τὰ τῶν ἐλπίδων οὐ μάλα ἐπιτυχῆ. ἔφοδοι D γάρ τινες λῃστρικαὶ συνεχείᾳ χρησάμεναι πρὸ μικροῦ τάχιστα τὸν τόπον ἔρημον ἐκεῖνον καὶ ἀτριβῆ πεποιήκεσαν. καὶ μέντοι καὶ ἐφερόμεθα καθάπερ τινὲς πλάνητες θεῷ τε καὶ ἀδήλοις ἐλπίσι τὰ ἡμέτερα ἀναρτήσαντες. (Δ.) Νὺξ δ' ἐπὶ τούτοις παρῆν. δύσσετο γὰρ ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί. ἡ δὲ σελήνη ἀπῆν. ἐς γὰρ τὸ περίγειον τοῦ ἑαυτῆς τὸ δεύτερον ἄρτι ἐληλυθυῖα ἐκκέντρου E καὶ κατὰ τετράγωνον τῷ ἡλίῳ γενομένη σχηματισμὸν οὐ μάλα ἀκρονύκτους ἡμῖν ἐβούλετο χαρίζεσθαι τὰς αὐγάς. ταύτῃ τοι καὶ ᾔειμεν διὰ παχυτάτου τοῦ σκότους, καθάπερ οὓς διὰ τοῦ Ταινάρου τὰς ἐς ᾅδου καθόδους ποιεῖσθαί φασιν ἢ τὰ ὑπόγεια Τροφωνίου μαντεύματα. προσετίθετο γὰρ τῇ ἀσελήνῳ ἐκείνῃ νυκτὶ καὶ ἡ τῶν κυκλούντων λόφων σκιά. αἱ γὰρ σφῶν ὑπερβολαὶ παρὰ F τοσοῦτο καὶ οὐρανοῦ τὴν θέαν ἡμᾶς ἀφῃροῦντο, παρ' ὅσον οὐδ' ἄστροις τὸ θρυλλούμενον τεκμαίρεσθαι σαφῶς τὴν δυστυχῆ πορείαν εἴχομεν ἐκείνην. αὐτὰρ ἔμοιγε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ· οὕνεκά μοι ἰέναι ἐπῄει δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε. λόχμῃ γὰρ ἐντυγχάνομεν πάνυ δασείᾳ καὶ ἀνωμάλῳ, συχνοὺς κατ' ὀλίγον ἐχούσῃ λόχους καὶ φάραγγας· ὅθι δὴ καὶ ἐς τοσοῦτον ἀμελῶς ἔσχομεν ἐς τὸ δαψιλὲς διαῤῥηγνυμένων τῶν ἡμετέρων τῶν τε πεδί-

22. ἀνωμάλῳ Boiv. pro ἀνωμάλως. 23. ὅθι Boiv. pro ὅτι.

meridiem praetergressus ad occasum et ad vespertinum horizontem vergebat. Cumque ibi subsistere et diversari deberemus, ultra per imprudentiam perreximus, sperantes, nos opportuna diversoria statim inventuros, priusquam stadiorum quindecim iter conficeremus. Sed ea spes frustrata nos est. Nam praedonum continentes incursiones locum illum paulo ante vastum et desertum celerrime effecerant. Proinde velut errones quidam rebus nostris Deo incertaeque spei commissis vagabamur. (IV.) Deinde nox supervenit. Nam sol occiderat et viae omnes umbra involvebantur. Quin et luna aberat. Modo enim alterum suum circa terram eccentricum praetergressa quadratoque radio solem intuens parum nos suo lumine iuvabat. Quare in densissimis tenebris, ut ii qui per Taenarum ad Inferos descendere aut Trophonii antrum fatidicum subire perhibentur, ambulabamus. Nam ad illunem noctem etiam montium in circuitu positorum umbrae accedebant, quorum vertices caeli conspectum ita nobis eripiebant, ut infelix iter ne stellarum quidem, ut aiunt, observatione regere possemus. Tum vero animus meus frangi coepit, cum me ingredi oporteret longam ac difficilem viam. In silvam enim densam et inaequalem incidimus, latebrarum plenam et profundis voraginibus passim abruptam: in qua caligas et chlamydes nostras spinarum morsibus foede laceratas ita negligebamus, ut

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris. P. 232 V. 188

λων τῶν τε χλαμύδων ταῖς τῶν ἀκανθῶν ἀνθολκαῖς, ὥστε περὶ τῶν ὄψεων αὐτῶν ἐδεδίειμεν, συχνοῖς καὶ ἀλλεπαλλήλοις τοῖς τῶν ἀκροδρύων βοστρύχοις χρώμενοι πολεμίοις τῶν ἡμετέρων προσώπων. καὶ μέντοι καὶ ἀμελήσαντες ἡνιῶν καὶ ῥυτήρων, οἷς τοὺς ἵππους ἰθύνομεν, σκέπην ἐποιούμεθα τὰς χεῖρας τῶν ὄψεων. τῆς γε μὲν ἑπομένης θεραπείας, οἷς οὐδὲ πάνυ τοι τῶν παρόντων ἔμελε φόβων, ἦσαν οἳ φωναῖς ἐχρῶντο καὶ μέλεσι τραγικοῖς· ᾖδον δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν, ὧν οἷον κλέος ἀκούομεν, οὐδέ τοι ἴδμεν. αἵ τε περὶ ἡμᾶς φάραγγες, καὶ ὅσα μεταξὺ κοῖλα τῶν πέριξ ὀρῶν, B περιλαμβάνουσαι τὴν κραυγὴν καὶ ὥσπερ ἔμψυχοί τινες ἀκήρατον φυλάττουσαι ταύτην καὶ ἀπαθῆ καὶ τῶν ἄρθρων ὁμοίως ἔχουσαν κατὰ διαδοχὴν οἷον ἀντήχουν καὶ ἀντεφώνουν, ὥσπερ ἐν ταῖς χορείαις ἑπόμεναι καὶ αὗται καὶ ἀντᾴδουσαι πρὸς τὸ τοῦ μέλους ἐνδόσιμον. ἐγὼ δ' ἐν τούτοις ἀναφέρειν παρῄνουν τὸν λογισμὸν καὶ μὴ συχνοῖς περιαντλεῖσθαι τοῖς φόβοις. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο· C ἀλλὰ δῆλος ἦν οὔτε τὴν ὁδὸν τῆς ἀκαιρίας ἀφιστάμενος λοιδορεῖν· αὐτός τε ἐφ' αὑτὸν συχνὰ ἀναστρέφων λόχους καὶ λωποδύτας ἀνεκύκλει καὶ ἄνδρας αἱμάτων, μήπως ἐξ ἀφανοῦς εἰσπεσόντες ἔργον ἡμᾶς ἀποφήνωσι ξίφους. (E.) Οὐκοῦν ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντων ἡμῶν ἐξαίφνης ἀνίστανταί τινες ἄνδρες τῶν ἐκεῖσε πετρῶν καὶ φαράγγων μελαίνας ἐσθῆτάς τινας περικείμενοι, αἵ εἰσιν ἐξ D ἐρίων καὶ κωδίων, ἅττα ποτὲ ζώων ἀπεδύσαντο οἷς δήπου γ' ἐχρῆν· ἄντικρυς δαιμόνια φάσματα· πλὴν οὐ κατάφρακτοί τινες ὁπλῖται, ὅτι μὴ καθάπαξ ψιλοί· καὶ ἀγχέμαχά τινα ὄργανα ταῖν

cum crebrae et ex aliis aliae ramorum comae in vultus nostros infestae invaderent, oculis ipsis metueremus; habenisque et loris, quibus equos regebamus, omissis manuum obiectu faciem protegeremus. At in famulitio, quod pone sequebatur, nonnulli praesentia pericula parum metuentes vociferabantur et tragicis cantibus celebrabant laudes veterum heroum, quorum famam solam audivimus, res autem gestas non vidimus. Abrupta autem et concava, vicinis undecunque montibus interiecta, clamorem editum intercipiebant, et quasi animata corpora integrum et illibatum et articulis suis distinctum servabant, accentusque et voces alternis referebant; ac ut in choreis fieri solet, ipsa etiam vicissim audiebantur, et ad praescriptos modulos accinebant. Ego vero interea animum meum iubebam recreare et erigere se, nec terroribus subinde ingruentibus iacere oppressum. At ille non parebat: sed et viam alieno tempore susceptam usque exprobrare velle videbatur, et ad se ipsum identidem conversus insidias et latrones tacite ruminabatur, ac viros sanguinum sibi fingebat, qui ex obscuro nos adorturi et occisuri essent. (V.) Dum autem in his sumus, subito viri quidam ex illis rupibus et cavernis exsurgunt, nigris induti vestibus e lanis et velleribus, quae pecudibus detraxerant ii, quibus opus fuerat; diabolica plane spectra. Sed iidem non gravi armatura instructi; immo omnino leves et expediti erant. Ac plerique arma ad

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

χερσὶν οἱ πλείους ἔχοντες, ὅσα ἐν λόγχαις εἰσὶ καὶ πελέκεσιν. ἦσαν δ' οἳ καὶ ὅσα ἐν τηλεβόλοις. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλήξει καὶ δέει καθυπέβαλον τὰ ἡμέτερα. πῶς γὰρ οὔ; ἐν τόποις ἀλλοτρίοις ὄντων καὶ ἀωρίᾳ τοιᾷδε καὶ γλώσσῃ πρὸς τούτοις οὐχ ἡμετέρᾳ E χρώμενοι; Μυσῶν γὰρ ἄποικοι τῶν ἐκεῖσε προσοικούντων εἰσὶν ἀρχῆθεν οἱ πλείους καὶ τοῖς ἡμῖν ὁμοφύλοις ἀναμὶξ τὴν δίαιταν ἔχοντες. ἔπειτα ἀνεφέρομεν καὶ ἑαυτῶν ἐγιγνόμεθα αὖθις. ἠσπάζοντο γὰρ ἡμᾶς ἐκεῖνοι τῇ σφῶν διαλέκτῳ προσηνές τι καὶ ἱλαρόν· καὶ οὐδὲν οὐδαμῇ λῃστρικὸν ἐπεδείκνυντο· εἴτε πρὸς πολλοὺς ἡμᾶς F ὀλίγοι καὶ βραχεῖς τινες ὄντες αὐτοὶ οὐκ ἀξιομάχους σφᾶς αὐτοὺς κρίναντες ἐς μοῖραν ἀντίπαλον καταστῆσαι· εἴτε καὶ θεοῦ κωλύσαντος· ὃ καὶ μᾶλλον τίθεμαι καὶ πολλοῦ δέω θάτερον. οἱ μὲν γὰρ ὄντες ἐγχώριοι καὶ τοῖς ἐκεῖσε προλοχίζειν ἐνέδρας ἐθάδες πρὸς ξένους ἡμᾶς ἐν οὕτω ζοφώδει τῇ ὥρᾳ καὶ ἅμα τὸ τῆς ὕλης συνηρεφὲς σύμμαχον ἄμαχον ἔχοντες τοιαύτην εἴπερ ἐβούλοντο τὴν μάχην ἐτέλουν ἄν, οἵαν καὶ βλέποντες ἂν πρὸς P. 233 τυφλούς. ὅμως μέντοι τὴν ὁμοίαν ἐξ ἡμῶν καὶ αὐτοὶ πρόσρησιν ἀντειληφότες (ἦσαν γὰρ οἳ καὶ τῶν ἡμετέρων τῆς ἐκείνων γλώττης οὐ πάνυ τοι ἀδαεῖς ἦσαν) τὴν αἰτίαν ἐν βραχεῖ διήεσαν τῆς σφῶν αὐτόθι διαίτης· ὡς φύλακες εἶεν τῶν ὁδῶν καὶ ὡς ἀποσοβοῖεν πάντα τινὰ τὸν βουλόμενον τὰς ἔγγιστα χώρας ἐπιόντα λάθρα ληΐζεσθαι. ἤδη δὲ καὶ τὸ τρίτον τῆς νυκτὸς παρεῤῥύη, ὡς ἔκ τινων οἳ ὑπὲρ κεφαλῆς ἦσαν ἀστέρες ἐτεκμαιρόμεθα. B ἄρτι δὲ καὶ κυνῶν ὑλακαὶ προσέβαλον πόῤῥωθεν ἡμῖν, μονονουχὶ

7. ἀνεφέρ. Boiv. pro ἀναφέρ.

cominus pugnandum apta in manibus habebant, nempe hastas et secures. Quidam et tela missilia gestabant. Ac principio quidem fieri non poterat, quin nobis et intempesta nocte et ignotis in locis terrorem incuterent: praesertim cum nostra lingua haud uterentur. Illius enim loci incolae plerique Mysorum coloni sunt, finitimae nationis, et communi cum nostris popularibus victu utuntur. Deinde recepimus animos et ad nos rediimus. Nam sua lingua nos comiter et hilariter salutabant, nec quicquam infestum et latrocinii simile prae se ferebant: sive quod pauci et rari nobis, qui multi eramus, oppugnandis futuros se impares arbitrabantur: sive Deus non sivit; quod potius reor, ab altera autem opinione longissime absum. Cum enim ibi habitarent, et in iis praecipitiis insidias collocare consuessent, et silvae densitate velut inexpugnabili propugnaculo defenderentur: obscura nocte nobiscum, qui peregrini essemus, ut videntes cum caecis pugnassent. Sed tamen cum eos simili modo resalutassemus (erant enim nonnulli e nostris sermonis eorum non plane rudes) cur ibi degerent, hanc causam paucis afferebant: se custodes esse viarum ad propulsandos eos, qui finitimos agros clam latrocinando infestare vellent. Iam tertia noctis pars effluxerat, ut e quibusdam stellis, quae supra capita erant, coniiciebamus. Demum et latratus canum procul exauditi, qui nos tantum non invitabant et pagum

προσκαλούμεναι καὶ τὴν φέρουσαν κώμην δεικνύουσαι ὡς πολυάνθρωπον καὶ πόνῳ πολλῷ βαπτισθέντας ἀποχρῶσαν ξενίσαι ἀνθρώπους, εἰ καὶ ἥκιστα πάνυ τελέως, ἀλλ' οὖν οὐδὲ πάνυ τοι ἧττον ἢ τελέως. ἔνθα δὴ καὶ σπουδῇ προσελάσαντες καταγωγίοις ἄλλος ἄλλοσε διασπαρέντες ἐχρώμεθα, ὥσπερ ἐκ σάλου καὶ ναυαγίου ὅτῳ δήποτε περιτυχόντες λιμένι. εἰ δὲ καὶ ἡδὺν τῷ πεινῶντι πάντα τινὰ ἄρτον εἶναί φασιν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τὸ ταῖς σποδιαῖς ἐγκαλινδεῖσθαι τέως ἡδύ τι καὶ φιλάνθρωπον ἐνομίζετο. (ϛ'.) Τῇ δ' οὖν ὑστεραίᾳ πανημέριον ἀνύσαντες πορείαν ἔς τι γιγνόμεθα πολίχνιον, ὡς εἰπεῖν, ὑπερνέφελον, Στρούμμιτζαν οὕτω πως ἐγχωρίως καλούμενον, ὑψηλῷ τῷ ὄρει ἀπειλημμένον, ὥστε τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων καθημένους ἀνθρώπους ὀρνίθων τισὶν ἐοικέναι, εἴ τις κάτωθεν ἐκ τῆς πεδιάδος ὁρῴη. ἐνταῦθά γε μὴν καὶ τὸ θεῖον ἐτετελέκειμεν Πάσχα· ἀνιαρῶς μὲν καὶ παρὰ τὴν ἀρχῆθεν ἡμῖν συνήθειαν· ἐτετελέκειμεν δ' οὖν. λῆρος γὰρ τοῖς ἐκεῖ παίδευσις ἅπασα καὶ ῥυθμὸς καὶ μοῦσα ἐμμελὴς ἱερᾶς ὑμνῳδίας, βάρβαρον ἠσκηκόσι γλῶτταν ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἤθη μάλα γέ τοι εὐφυῶς προσήκοντα σκαπάνῃ. οὐ γὰρ μιξοβάρβαρον μὲν, εὔρυθμον δὲ τὸν ἦχον προὔφερον, ἵνα τις ἦν καὶ αὐτὸς, ὥσπερ οἱ Μιξολύδιοι καὶ εἰ δεῖ λέγειν οἱ Μιξοφρύγιοι, ἀλλ' ὅλον βοσκηματώδη καὶ ὄρειον καὶ ὁποῖον ἂν οἱ νομάδων ᾄσαιεν παῖδες, ὁπότε πρὸς τὰς ῥαχίας καὶ τὰς νάπας τὸ ποίμνιον ἄγοιεν ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύοι. ἐπεί γε μὴν κατὰ χώραν αὐθημερὸν ἐμείναμεν τῇ τε ἑορτῇ νέμοντες καὶ καθήκοντα καὶ ἡμῖν

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

C

V. 189

D

E

frequentem esse ostendebant, in quo homines multo labore confecti hospitari possent, si non commode ex omni parte, at nec omnino etiam incommode. Quo cum propere pervenissemus, alii alio dispersi diversoria intravimus, veluti e tempestate et naufragio in quemlibet portum utcunque eluctati. Quod si esurienti quivis panis suavis esse dicitur, nobis quoque certe in cineribus volutari suave tum et liberale videbatur. (VI.) Posteram diem in itinere totam consumsimus et ad oppidulum devenimus, quod paene supra nubes eminet (Strummitza ab incolis vocatur), adeo praerupto et excelso monti impositum, ut homines in propugnaculis sedentes e valle suspicientibus avicularum similes videantur. Ibi sacrum Pascha, moleste quidem et praeter veterem nostram consuetudinem, sed tamen celebravimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmi et sacrae hymnodiae musica pro nugis habentur: quippe cum oppidani barbara fere lingua utantur, et iis sint moribus, qui aratrum et ligonem in primis deceant. Neque enim eum sonum edebant, qui etsi semibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipse quoque esse censeretur, ut Semilydius, et si fas dicere, Semiphrygius; sed belluinum plane et montanum sonabant; quo ritu Nomades ipsi canerent, gregibus suis praeeuntes ad iuga et silvas vere novo, cum cymbia lacte exundant. Ibi cum toto die consisteremus, partim solennitatis reverentia,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

μέρος ἀνέσεως καὶ ῥαστώνης, ἐκ τῶν τειχῶν προκύπτοντες ἄνωθεν
ὥσπερ ἐκ νεφελῶν πρὸς τὴν πεδιάδα τά τε ἄλλα ὁπόσα ταῖς πανη-
γύρεσιν ἐπεκράτησε γίνεσθαι ἑωρῶμεν καὶ δὴ καὶ χορείας παντο-
δαπὰς ἀνδρῶν ἐφήβων τε καὶ ὅσοι ἥβης ἐλλιπεῖς. καὶ τοῦτο παρέ-
F σχεν ἡμῖν ἡ παροῦσα πανήγυρις ἀντ' ἄλλης ἀνέσεως καὶ τρυφῆς
πολλῷ γε ἥδιον ἢ Ἀθηναίοις καὶ Σπαρτιάταις, ὁπότε γέ σφισιν
ἐπῄει τελεῖν πρὸ τοῦ ἄστεος τοῖς μὲν τὰ Διάσια, τοῖς δὲ ἅ φασιν
P. 234 Ὑακίνθια. ἦν γὰρ ἡμῖν κομιδῇ συμμαχόμενον ἐς τὸ μᾶλλον ἐκεί-
νων ἥδεσθαι τό,τ' εὐσεβὲς τό,τ' ἐν ὅροις ὑπερορίοις ἀπηρτη-
μένους καὶ τῶν οἰκείων ὄντας ἐκδήμους ἐντυχεῖν καθάπερ ἐπὶ
μεγάλου πελάγους οἱαδή τινι νήσῳ· ὁπότε καὶ τὰ τῆς εὐφροσύνης,
ὁποῖά γε εἴη, πολλῷ πολλαπλάσια φαίνεται, ἤπερ ἐστὶν ἔς γε
τὸ ὄν. (Z.) Ἐκεῖθεν τριταῖοι ἐς τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον κατα-
λύομεν ἐν ὅροις ἤδη τῶν Τριβαλλῶν· οὗ παραψαύοντα καὶ τὸν
Ἄξιον τεθεάμεθα ποταμόν, ὃς μετὰ Στρυμόνα μέγιστος ἡμῖν
B ἔδοξεν, ἐξ ὀρῶν τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ ῥηγνύμενος· οὐ τοσοῦτος δ'
ὢν ἐκ πηγῶν εὐθύς, ἀλλ' οὖν ἐς τὸ κάταντες ἰὼν καὶ ἄλλοις χει-
μάῤῥοις τὸ ῥεῦμα κοινούμενος καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέμενος
τοὔνομα ἤδη καὶ ναυσίπορος ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ καθίσταται. ἐν-
ταῦθα καὶ τοῦ ῥηγὸς, ᾧ Τριβαλλοὶ πάντες ἕπονται καί οἱ μάλα
ὑπείκουσι, τῇ πενθερᾷ ἐντυγχάνομεν, τῇ εὐγενεῖ Καισαρίσσῃ,
C σύμβολα τῆς ἔνδον ὀδυνωμένης ψυχῆς τοὺς πενθίμους περικει-

8. ἐκείνοις A. et W. in mg. 14. Pro οὗ παραψαύοντα — τῇ εὐγενεῖ Καισ. A. habet: καὶ γενόμενοι κατὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν, ὃς μετατιθέμενος τοὔνομα νῦν Βαρδάριος κέκληται, ἐντυγχάνομεν τῇ τοῦ Κράλη πενθερᾷ τῇ εὐγ. Καισ.

partim acquiescendi et recreandi animi causa, e moenibus tanquam nubibus in subiectam vallem prospectantes tum alia, quae in festivitatibus fieri solent, tum choreas virorum, adolescentum et puerorum spectabamus. Ac nobis illius festivitatis praesens laetitia prae alia quavis animi remissione et oblectatione sic placuit, ut spectaculum istud nobis multo esset iucundius, quam Atheniensibus et Spartanis gratum fuit, quoties sub urbe illis quidem sua Diasia sive Iovialia, his vero ea quae Hyacinthia dicuntur celebrare visum fuerat. Ut enim iis magis delectaremur in causa erat religio, et quod peregrino in solo a nostris remoti velut ex vasto pelago ad insulam appelleremus: quo casu omnia iucundiora videntur quam revera sunt. (VII.) Tertio inde die ad oppidulum Scopiorum divertimus, ipsos iam Triballorum fines ingressi: ac praeterlabentem vidimus Axium fluvium; qui post Strymonem maximus nobis videbatur, et iisdem quibus ille montibus erumpens ab ipsa quidem origine non tantus, sed in decursu montium multis torrentibus auctus nomine in Bardarium mutato aliquando et quibusdam in locis navigabilis est. Ubi Regis, cui Triballi omnes summa cum observantia parent, socrum convenimus, generosam Caesarissam, lugubri habitu dolorem

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

μένῃ χιτῶνας. ἦν γὰρ ἐπὶ νεαρῷ καὶ ἀκμάζοντι συγκεχυμένη τῷ πάθει· ᾧ καὶ πάνυ τοι πλείστην ἤδη κἀκ τῆς ἡμῶν θέας τὴν ῥοπὴν δεδωκυῖα ὅλη θρήνων καὶ τῶν δακρύων αὖθις ἐγίγνετο, συχνὰ ἐπιβοωμένη τὸν σύζυγον Καίσαρα, τὸν πολλῶν βασιλέων συγγενῆ, τὸν καλὸν, τὸν χρυσοῦν, τὸν γλυκὺν, τὸν πᾶσιν ἀγαθοῖς περιβρίθοντα· θάλασσαν εἶχε συμφορῶν τὴν καρδίαν καὶ πηγὰς δακρύων τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ὅλην κατεβάπτισεν ἑαυτὴν τοῖς τῶν θλίψεων κύμασιν, ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀλλοτρίᾳ καὶ ἐπὶ D ποταμοὺς, ὡς εἰπεῖν, Βαβυλῶνος, ἔρημος φίλων, γονέων, συγγενῶν, ἔσχατον ὁμοφύλων ἀνθρώπων, πάντων ὁμοῦ τῶν ὅσα δεξιοῦται ψυχὴν κατενηνεγμένην ὑπὸ σφοδρᾶς ἀθυμίας· „ἵνα τί," λέγουσα, „δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς;" ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα λέγουσα ἐσπάραττε τὰς παρειὰς καὶ ῥύακας ἐντεῦθεν αἱμάτων ἐτρύγα ὄνυξι· μονονουχὶ V. 190 καὶ τὰς ἀψύχους ἐκίνει φύσεις εἰς θρήνους καὶ δάκρυα. ἐντεῦθεν E λόγοις ἡμεῖς ἐπειρώμεθα παραμυθητικοῖς, καθάπερ ὕδατι, τῆς ὀδύνης σβεννύειν τὴν φλόγα, ἔνθεν μὲν ὁ πάντ᾽ ἄριστος αὐτῆς ἀδελφὸς, ἐκεῖθεν δ᾽ οἱ συμπρέσβεις, καὶ νῦν μὲν ἐγὼ, νῦν δ᾽ αὐτῶν ἕκαστος, νῦν δ᾽ ὁμοῦ πάντες· ὥστε καὶ ἀναφέρειν ὀψὲ πεπείκαμεν ταύτην, οὐ τελέως μὲν, οὐδ᾽ ὡς μάλα ἡμῖν δι᾽ ἐφέσεως ἦν. πεπείκαμεν δ᾽ οὖν. ἦν γάρ πως καὶ ἄλλως ἡ γυνὴ συνέσεως ἥκουσα F ἐπὶ μέγιστον, ὁπόσας ὁ καθ᾽ ἡμᾶς βόσκων τεθέαται χρόνος· ἀλλὰ δὴ καὶ ξυνιέναι ὀξύτατα καὶ νοῦν ἐνθέσθαι, εἴ τις ἐν καιρῷ συμ-

2. Quae a verb. ᾧ καὶ πάνυ τοι sequuntur usque ad initium sectionis octavae om. A.

animi testificantem. Erat enim ob recentem et acerbum casum perturbata. Cui dolori cum ex conspectu nostro magna vehementia statim accessisset, tota in lacrymas et lamentationes solvitur, crebro maritum Caesarem, multorum Imperatorum cognatum inclamans, formosum, aureum, dulcem, omnibus bonis undiquaque refertum. Pectus eius mare calamitatum erat, oculi fontes lacrymarum, totaque moeroris fluctibus mergebatur, in terra deserta et aliena et, ut ita dicam, ad flumina Babylonis, destituta ab amicis, parentibus, cognatis, popularibus, omnibus denique rebus, quae animum gravi tristitia oppressum consolantur. „Cur," inquiebat, „in acerbitate lumen datur, et afflictis animis vita?" Haec et id genus alia dicens laniabat genas et sanguinis rivos unguibus eliciebat, tantum non res inanimatas ad dolorem et lacrymas commovens. Nos autem consolando et monendo sedare dolorem eius ac velut flammam aqua extinguere conabamur, hinc optimus illius frater, illinc legationis collegae, nunc ego, nunc singuli, nunc universi: donec tandem effecimus, ut respiraret, non quidem penitus, et ut nos maxime optabamus, sed aliquo modo tamen. Erat enim alioqui mulier omnium, quascunque aetas nostra vidit, prudentissima, et ad celerrime intelligenda concipiendaque animo ea, quae quis in tempore recte suaderet,

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

βουλεύοι τὰ καίρια, δεινὴ πάντων μᾶλλον. καὶ δὴ καὶ τόθ', ἡμῶν χρωμένων ὁπόσα ἐχρῆν εἰς παραμυθίας λόγον, τοῦ μὲν σπαράττεσθαι καὶ δακρύειν ἐπεῖχεν· ἡ δὲ ψυχὴ αὐτῆς ἀπηνήνατο διὰ τὸ τῆς συμφορᾶς ὑπερβάλλον παρακληθῆναι· ἀλλ' ἐπὶ τῆς P. 235 δεξιᾶς ἐρείσασα τὴν κεφαλὴν ὅλας συνῆγεν ἐντὸς τὰς αἰσθήσεις ἐς τὰ τῆς διανοίας μυστήρια· καὶ συχνὰ τὸ εἴδωλον ἐφ' ἑαυτῆς ἀναπλάττουσα τοῦ συζύγου καὶ τὰς παρούσας τύχας ἀνακυκλοῦσα ὅλη τῶν λογισμῶν ἦν, στρέφουσα τά τε ἄλλα καὶ ὅπως, ὡς εἰπεῖν, ὑπὲρ τὰς κέδρους ὑψωθεῖσα τοῦ Λιβάνου καὶ ὑπὲρ τὰ κρίνα ἀνθήσασα τοῦ ἀγροῦ καὶ ἐνευτυχήσασα τῷ βίῳ μᾶλλον ἁπασῶν, ὅσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν ἠδ' ἐγένοντο, εἶτ' ἀπεῤῥύη ταχὺ καὶ τὸ B ἄνθος ἐλεεινῶς εἶδε κειρόμενον ἑαυτῆς καὶ κομιδῇ μαραινόμενον. ταῦτ' ἄρα καὶ βύθιον ἐστέναζε, καθάπερ ἐκ μεγάλης καμίνου τῆς ἔνδον πικρίας καπνοὺς ἀναπέμπουσα ζέοντας καὶ φλογώδεις. τὸ δ' οὖν τελευταῖον ἐν τούτοις καὶ ὁ ἡμέτερος διελέλυτο σύλλογος καὶ ἐφ' οὗ κατέλυεν ἕκαστος ἀπηλλάττομεν. (Η.) Ἡμέραι μεταξὺ παρεῤῥύησαν δέκα καὶ ἐπειδήπερ ἔγγιστα διατρίβων ἦν ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἄρχων, τἄλλα τῆς πρεσβείας τετελεσμένα παρα- C δοὺς τῶν πρέσβεων ἑνὶ καὶ ἀπιέναι κελεύσας ἧκεν ἅμα γυναικὶ παραμυθησόμενος τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πενθερὰν καὶ τὸ λεῖπον τῇ πρεσβείᾳ προσαποδώσων. τουτὶ δὲ ἦν, προπέμψαι ξύν γε κόσμῳ καὶ ὅση ἀνήκουσα εἴη αἰδὼς, τοῦτο μὲν καὶ ὡς αὐτῆς κηδεστὴς, τοῦτο δὲ καὶ ὡς μεγάλου βασιλέως νύμφην, καὶ τρίτον ὡς περὶ τὰ καίρια δυστυχοῦσαν· ἃ πάντ' ἐν βραχεῖ διεπεπράχει, ὡς μὲν

ingenium habebat promtissimum. Tum igitur, nobis quoque quicquid ad consolandum pertineret afferentibus, planctum quidem et lacrymas compescuit: animus vero eius ob calamitatis magnitudinem nullam consolationem admittebat. Sed capite manui imposito omnes sensus ad animi penetralia revocabat; ac mariti imaginem sibi ipsi subinde effingens et in animum revocans ac fortunae praesentis statum reputans, tota cogitationibus hisce occupabatur et secum tacite tum alia versabat, tum ut supra cedros Libani exaltata, et liliis agri pridem floridior, et felicitate omnes aequales suas praetergressa, subito concidisset floremque suum miserabiliter carpi et marcescere videret. Ob haec igitur cum profundis suspiriis gemebat, velut e magno camino acerbitatis internae fumos evolvens ferventes et flammeos. Tandem et nostro conventu inter haec dissoluto suum quisque diversorium petiit. (VIII.) Diebus interim decem elapsis Triballorum princeps, qui in proximo versabatur, cum caetera peregisset, de quibus eadem legatione agebatur, responso uni e legatis dato eoque abire iusso, una cum uxore ad socrum consolandam advenit, legationi quoad reliqua satisfacturus. Id vero erat, ut Caesarissam honorifice debitaque cum reverentia, partim ut socrum suam, partim ut magni Imperatoris nurum, denique ut insigni calamitate affectam comitaretur. Quae omnia exiguo tempore confecit; ut ipse

ἐκείνῳ ἐδόκει, καλῶς· τῇδ' ἀληθείᾳ πολλῷ τοῦ δέοντος ἐνδεῶς. A. C.
ἀλλ' οἱ πίθηκοι, φησὶ, πιθηκίζοντες καὶ οἱ μύρμηκες μυρμηκί- 1282
ζοντες τὰ σφῶν ποιοῦσιν αὐτῶν· εἰ δὲ μὴ καὶ τὰ ἀετῶν καὶ ὅσα ad 1328
λέουσιν ἔθιμα δύνανται, μὴ οὐ πρὸς αὐτῶν ἂν ὑπάρχῃ τουτὶ Imp. Andron. Senioris.
φαυλότητι φύσεως ἀρχῆθεν συντεθραμμένων καὶ ἀπουσίᾳ τοῦ εὖ D
τε καὶ τεταγμένως ἡνιοχήσοντος λογισμοῦ. ἦ σοφὸς ἦν ἄρ' ἐκεῖ-
νος, ὃς πρῶτον ἐν γνώμῃ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσῃ διεμυθο-
λόγησεν, εἴτε Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἦν, εἴτε Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, E
εἴτε καὶ ἄμφω, παρὰ θατέρου ἅτερος ἐκδεξάμενος, τό γ' ἑαυτὸν
μακαρίζειν ἐκθύμως, ὅτι μὴ βάρβαρος, ἀλλ' Ἕλλην γεγένηται.
ἰδοὺ γὰρ ἐκείνοις ὁμόστοιχα λέγειν ἐπῄει κἀμὲ βέβαιον τὸν νοῦν
ἐκ τῆς πείρας ξυνειλοχότα. ἀλλ' ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἐπανιτέον
ἡμῖν ἐκεῖσέ ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐπανόδου ἦμεν ἡμμένοι, ἡμέρας
διηνυκότες ὁδὸν εἶτα ἀπαλλαττόμεθα. τῇ μὲν γὰρ τῇ Καισαρίσσῃ F
σφόδρ' ἀναγκαῖον ἦν τὴν ἐς Θεσσαλονίκην ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἰέναι,
ὡς ἂν τὰς τελευταίας ἐπιτελέσειε τοῦ ἀνδρὸς ἐντολάς. φθάνει γὰρ
ἐκεῖνος ἐπ' ἐσχάταις τοῦ βίου πνοαῖς ἐπισκήπτων, ἐντός που τῆς
εἰρημένης μετακομισθῆναί οἱ πόλεως τὸν νεκρόν. ἐμὲ δ' αὐτὴ τῶν
κατὰ βούλησιν ὅσα οἱ πρὸς βουλήσεως ἦν ἀναθεῖσα ὅσον τάχος V. 191
τὴν ἐς Βυζάντιον ἀνύτειν ἀφῆκε, δοῦσα καὶ ὅντινα δὴ Τριβαλ-
λῶν, ὃς διὰ τραχείας τινὸς ἡμᾶς ἀγαγὼν ἀνιαρὰν ἡμῖν προὐξέ-
νησε τὴν ἐπάνοδον.

ιε'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τελευτησάσης ἄπαιδος τῆς ἐξ Ἀλα- P. 236
μανῶν ἐλθούσης τῷ νέῳ βασιλεῖ γυναικὸς Εἰρήνης μεταπέμπεται

2. φησὶ A., φασὶ W. 20. ἀνύτειν A., ἀνύττειν W.

putabat, pulchre; sed revera multum infra dignitatem. Verum, ut proverbio dicitur, simiae simiarum, formicae formicarum more suas res administrant. Quod si aquilarum et leonum ritu haud possunt, id in earum potestate situm non est, quae naturam abiectam ab initio sortitae et ingenio bene ac rite eas moderaturo destitutae adoleverunt. Quare sapiens ille fuit, qui primus animo concepit et lingua expressit, sive is Thales Milesius fuerit, sive Plato, Aristonis filius, seu potius uterque, ita ut alter ab altero acceperit: Beatum esse sese, qui non barbarus, sed Graecus natus esset. Nam et mihi aliquid haud dissimile ipsa experientia edocto in mentem venit. Sed ne longum faciamus, illuc nobis redeundum est. Cum enim domum redire instituissemus, unius diei iter progressi discessimus. Caesarissam enim urgebat necessitas una cum caeteris eundi Thessalonicam, ut extrema coniugis mandata exsequeretur. In extremo enim ille spiritu mandarat, ut suum cadaver in eam urbem perferretur. Mihi vero, cum quicquid libuit commendasset, quam primum Byzantium ire permisit, Triballo nescio quo adiuncto, qui nobis per asperas vias ducendo molestum effecit reditum.

15. Hoc tempore cum Alemanna Irene iunioris Imperatoris uxor abs-

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris.

δευτέραν ἐκ Λαμπαρδίας, ἣν καὶ μετωνόμασεν Ἄνναν· μεθ' ἧς καὶ παίδων ἐγεγόνει πατήρ, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν. (Β.) Ἀσχολουμένου δέ ποτε τοῦ βασιλέως περὶ τὰ κυνηγέσια περὶ Χεῤῥόνησον συνέβη ναυαγίῳ χρησαμένους ἑβδομήκοντα Τούρκους ῥιφῆναι περὶ Χεῤῥόνησον καὶ αὐτούς. οἳ δὴ καὶ ἀντέστησαν τοῖς B περὶ τὸν βασιλέα μάλα τοι ἰσχυρῶς πολεμοῦντες μέχρι πολλοῦ· ὥστε καὶ πρὶν ἐκεῖ τελέως ἅπαντας κατακοπῆναι, οὐ μόνον πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων τοῖς βέλεσιν ἐτραυμάτισαν, ἀλλὰ καὶ τὸν πόδα τοῦ βασιλέως· ὡς πολὺν διαγαγεῖν χρόνον ὀδυνώμενον ἐκ τῆς τοιαύτης πληγῆς. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τῶν ἑῴων ἀμεληθέντων αἱ πλεῖσται πόλεις καὶ χῶραι τῆς Βιθυνίας ὑπὸ τοῖς C Τούρκοις ἐγένοντο. ἡλώκει δὲ καὶ ἡ Προυσαέων τῷ λιμῷ πολιορκηθεῖσα πόλις. (Γ.) Προσῆλθε δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῇ καθ' ἡμᾶς ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ καὶ ὁ τῶν Μανιχαίων διδάσκαλος, συνετὸς ὢν ἀνήρ, καὶ τοὺς συνέσει διαφέροντας τῶν αἱρεσιωτῶν ἐπαγόμενος. οἳ δὴ καὶ πάσῃ προθέσει ψυχῆς ἐξομοσάμενοι τὰ τῶν ὁμοφύλων ἔθιμα τὸ θεῖον ἐδέξαντο βάπτισμα. ἐβουλόμην καὶ τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι διεξελθεῖν δόγματα, ἵνα D τοῖς ἀκούουσι γέλως εἴη· ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτά τε ταῦτα πολλοὶ πρὸ ἡμῶν βίβλοις παρέθηκαν καὶ ἀντιῤῥητικοῖς ἐχρήσαντο κατ' αὐτῶν λόγοις, ἡμεῖς δ' αὖ σπουδῇ πρὸς τὴν παροῦσαν χρήσασθαι ἱστορίαν προὐθέμεθα, ταῦτα παρέντες ἐκεῖσε ἐπανερχόμεθα. (Δ.) Παρατηρῆσαι δ' ἄξιον τὰς τῶν μελλόντων δεινῶν προαναφωνήσεις. σημεῖα γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἔτους εὐθὺς φανῆ-

23. δεινῶν add. A.

que liberis decessisset, alteram e Langobardia arcessit, quam mutato nomine Annam appellavit: ex eaque liberos suscepit, ut orationis progressu dicemus. (II.) Cum autem Imperator aliquando in Chersoneso venationibus vacaret, accidit, ut septuaginta Turci naufragio facto circa eam plagam in littus eiicerentur. Ii fortiter pugnando satellitibus Imperatoriis longo tempore restiterunt. Itaque priusquam ibi universi penitus occiderentur, non Romanos modo multos telorum ictibus, sed Imperatoris etiam pedem violarunt: cuius vulneris dolore diu ille conflictatus est. Iisdem temporibus cum orientalia negligerentur, pleraeque urbes et provinciae Bithyniae a Turcis subactae sunt. Capta est et Prusa, fame urbs expugnata. (III.) Hoc etiam tempore Manichaeorum doctor, vir sapiens, cum aliis eiusdem sectae, qui intelligentia maxime praestabant, ad orthodoxam nostram Ecclesiam se contulit: iique popularium suorum ritibus ex animo abiuratis sacrum baptisma susceperunt. Vellem equidem et sectae illorum dogmata hoc loco referre, ut lectoribus risus materiam praeberem. Sed cum ea ipsa ab aliis multis ante nos exposita et disputationibus contra illos editis refutata sint, nos vero ad absolvendam historiam festinemus, his omissis illuc redeamus. (IV.) Observatu dignae sunt impendentium malorum praedictiones. Prodigia enim statim anni initio apparuerunt, quae futuram eodem anno cala-

ναι συνέβη, ἱκανὰ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει παραστῆσαι γενησομένην κάκωσιν. ἀρχομένου γὰρ τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἕκτου ἔτους εὐθὺς τῇ πρώτῃ τοῦ σεπτεμβρίου ἡμέρᾳ γέγονε τελεία τῆς σελήνης ἔκλειψις. ἧς ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἐκπτώσεως γέγονεν ἔτι νυκτὸς οὔσης· τὰ δὲ ἑξῆς τοῦ τοιούτου ἐκλειπτικοῦ πάθους μέχρι τοῦ τῆς ἀνακαθάρσεως τέλους γέγονεν ἀνατείλαντος μὲν τοῦ ἡλίου, τῆς δὲ σελήνης ὑπὸ γῆν καλυφθείσης. προανεφώνει δὲ τὸ σημεῖον δόλους λαθραίους μὲν, οὐκ ἀνυπόπτους δὲ, ἐπὶ συγχύσει μεγάλῃ τῶν κοινῶν συσκευαζομένους πραγμάτων. περὶ δὲ τετάρτην ὥραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας τῶν θείων εἰκόνων κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος συναθροισθεισῶν ὁμοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος, ἐφ᾽ οὗπερ ὁ θεῖος ἵδρυται σταυρὸς, καὶ τῆς ἱερᾶς τελουμένης ὑμνῳδίας χοῖρός ποθεν ἐκδραμὼν εἰσεπήδησεν ἐξαπίνης ἐν μέσῳ τῷ τῶν ψαλλόντων χορῷ πολλῷ τῷ τέλματι βεβρεγμένος· καὶ πολλὰς ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀτάκτους περιφορὰς ποιησάμενος μόλις ἐξῆλθε. καὶ ἔδοξε τοῦτο τοῖς συνετωτέροις σύγχυσιν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας μερικήν τινα προσημαίνειν. ἐγένετο δὲ καὶ μετὰ μῆνας ἓξ ἔκλειψις αὖθις τοῦ σεληνιακοῦ φωτός· καὶ ἦν τὸ χρῶμα τῆς καλυπτούσης τὴν σελήνην σκιᾶς οἷον νεφῶδες καὶ μέλαν· καὶ ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν αὐτῆς ἐκάλυψεν αὐτὴν ἄχρι τῶν δέκα δακτύλων· ὃ δὴ καὶ ἐδήλου τὴν ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας μετ᾽ ὀλίγον ἄρξεσθαι μέλλουσαν κάκωσιν. ἐφάνη δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ἕτερον ἐν οὐρανῷ σημεῖον. περὶ

A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.
A. C. 1327 Cal. Sept.
P. 237
V. 192
B
C

2. ςωλς (ου) A. 3. σεπτεμβρίου A., σεπτεβρίου W. 4. ἐμπτώσεως A.

mitatem satis portenderent. Nam anno incipiente sexies millesimo octingentesimo et trigesimo sexto, Calendis Septembris, luna prorsus defecit. Cuius deliquii initium nondum exacta nocte extitit: reliqua autem defectio usque ad ultimam restituti luminis reparationem orto sole facta est, cum ipsa luna sub terra conderetur. Id ostentum clandestinos sane dolos significabat, sed non plane improvisos, qui ad magnam publici status perturbationem concinnarentur. Sub quartam porro eiusdem diei horam cum sacrae imagines veteri more ab Imperatore, patriarcha et pontificibus ad porphyreticam columnam, cui crux sacra insistit, comportatae essent, dum sacri hymni canerentur, porcus alicunde elapsus subito in medium psallentium coetum insiliit, multo coeno inquinatus: et incomposito cursu temere huc atque illuc vagatus vix tandem excessit. Id prudentioribus aliquam Ecclesiae Dei confusionem significare visum. Post semestre spatium rursus luna defecit. Umbra autem, in qua latuit, colore quasi nebuloso ac nigro fuit; quae a meridionali eius latere exorsa eam usque ad decem digitos obtexit. Quod utique calamitatem a meridiana Romani Imperii parte imminentem portendebat. Paulo post aliud etiam in caelo signum apparuit. Cum enim

A. M. γὰρ σταθερὰν μεσημβρίαν τοῦ ἡλίου τυγχάνοντος ἐφάνη περὶ τὰ
6791 ἑσπέρια μέρη τοῦ οὐρανοῦ νέφος εἰς τύπον σταυροῦ πολὺν ἐπέ-
ad
6836 χοντος τόπον τοῦ οὐρανίου σώματος, ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος ὥσπερ
A. C. συγκεκραμένον χρώματος. ἀλλ' ἐπαναληπτέον ἐκεῖθεν.
1282
ad
1328 sol in ipso meridie versaretur, occidentem versus per longum caeli spatium
Imp. Andron. nubes crucis imagine apparuit, ex albo et nigro colore veluti contemperata.
Senioris. Sed res altius repetendae sunt.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
## ΛΟΓΟΣ Θ.

# NICEPHORI GREGORAE
## BYZANTINAE HISTORIAE
## LIBER NONUS.

### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Τὰ αἴτια τῶν τελευταίων δεινῶν. Ἐπιδημία Μιχαήλου τοῦ τῶν Βουλγάρων ἡγεμόνος ἐς Διδυμότειχον μετὰ τῆς συζύγου. Πρεσβεία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ. Περὶ Μαρκεσίου τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως. Δημηγορία τοῦ νέου βασιλέως. Δημηγορία τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Συνωμοσία τοῦ πατριάρχου καί τινων ἀρχιερέων κατὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Πρεσβεία τοῦ Μιχαήλου πρὸς τὸν γηραιὸν βασιλέα. Περὶ δειμάτων ἐν ὀνείροις φανέντων τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ. Ἅλωσις τῆς Θεσσαλονίκης. Φυγὴ τοῦ δεσπότου Δημητρίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρὸς τὸν Κράλην Σερβίας. Περὶ τῶν ἐν Μελενίκῳ Νικηφόρου τοῦ βασιλικοῦ. Περὶ τοῦ ἐν τῷ Μαύρῳ ποταμῷ ἐμφυλίου πολέμου. Περὶ τοῦ Βενετικοῦ στόλου. Περὶ τοῦ στρατοπέδου τῶν Βουλγάρων. Περὶ τῶν προδοτῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως δύο ἀνδρῶν. Εἴσοδος τοῦ νέου βασιλέως εἰς Κωνσταντινούπολιν. Περὶ τῆς χρηστότητος καὶ γνώμης τοῦ νέου βασιλέως. Δέησις οἰκτρὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ. Περὶ τῆς ἀνακλήσεως τοῦ πατριάρχου Ἡσαΐου. Περὶ τῆς φιλανθρώπου γνώμης τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς τοῦ Μιχαήλου καὶ τῶν Βουλγάρων καταδρομῆς. Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου λογοθέτου ἐξορίας. Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ συνέσεως καὶ ἱλαρότητος. Περὶ τῆς κατὰ τοῦ Ὀρχάνου ἐκστρατείας τοῦ βασιλέως. Περὶ τῆς τῶν κριτῶν καταστάσεως. Περὶ τοῦ ἐπὶ Χίον τὴν νῆσον ἔκπλου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως ἀσθενείας. Ἀρχὴ τῆς κατὰ τοῦ Συργιάννου ὑποψίας. Ἀπόκαρσις τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν τοῦ πατριάρχου πρὸς τὸν γηραιὸν βασιλέα λόγων, κἀκείνου αὖθις πρὸς αὐτόν. Περὶ τοῦ εὑρεθέντος θησαυροῦ ἐν Περσίδι. Περὶ τῶν ἐλθουσῶν εἰς Βυζάντιον καινοτέρων γραφῶν. Περὶ τοῦ πολέμου τῶν Βουλγάρων καὶ τῶν Τριβαλλῶν. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ἐκλείψεως. Ἅλωσις καὶ τελευτὴ τοῦ Μιχαήλου. Περὶ τῶν Βουλγαρικῶν πολιχνίων, ὧν εἷλεν ὁ βασιλεύς. Ἀρχὴ Ἀλεξάνδρου ἐν Βουλγάροις. Περὶ τῆς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως τελευτῆς καὶ τῶν πρὸ ταύτης θεοσημιῶν.

## ARGUMENTUM BOIVINI.

*Iunioris factio seniorem tollere e medio statuit. Michaël Bulgarus, Venceslai uxore vidua et principatu potitus, per legatos arcessitur a iuniore Andronico, uxoris suae fratre. Didymotichum venit. Societas adversus seniorem inita; quibus conditionibus. Nepos avo insidiatur. Pecuniam per vim a publicanis aufert. Thraciae urbes sibi mancipat. Byzantium multis comitantibus proficiscitur; quo praetextu. Avus de eius consiliis per transfugam certior factus. Urbis aditu ei interdicit. Multa crimina eidem obiicit. Litteris ad Cralem et ad Demetrium Despotam scriptis copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet. Chartaceae litterae interceptae. Linteae quo oportebat perlatae. Omnium animi in iuniorem propensiores. Senex ab ipso filio Theodoro marchione proditur. Huius socordia, ambitio, vitae genus, religio. Demetrius Despota factiosorum bona diripit. Iunior magnificis promissis multos sibi devincit (Cap. 1). Nepos duorum alterum petit; ut aut Byzantium ingredi sibi liceat; aut ii ad se mittantur, quibus internunciis uti possit. Mittuntur ex omnibus ordinibus delecti. Oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat. Avum insectatur. Causam rebellionis probabilem affert. Crimina obiecta diluit. Postulata sua exponit. Eius blanditiis corrupti internuncii Byzantium redeunt. Ei apud omnes aperte patrocinantur (2). Senior suorum perfidia irritatus animum patriarchae explorare statuit: item aliorum pontificum. Oratione coram iis habita rationem affert, cur Imperium non abdicet. Nepotem notat. Poenis ecclesiasticis coercendum censet. Perorationem eius explodit. Sapientissimi quique assentiuntur. Patriarcha cum reliquis dissentit. In seniorem conspirat. Iunioris nomen sileri in Ecclesiis vetat. Adversae factioni sacris interdicit. Senioris dolor et acerba conquestio. Ipse patriarcha sententia canonica damnatus in monasterium Manganorum ablegatur (3). Iunior Andronicus ad Urbis moenia accedit. Ab ingressu contumeliose arcetur. Quidam ex populo operam suam ei promittunt. Navicula conscensa aditus omnes vestigat. Re infecta discedit. A Thessalonicensibus clam evocatus Protostratorem Byzantio insidiari iubet. Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat. Arcem vi expugnat. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in deditionem accipit. Caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus et aliis rebus potitur (4). Senior belli pertaesus; inita cum Bulgaro societate animum erigit. Cralaena filia, ab hariolis decepta, eundem vana spe implet. Logotheta de se admodum anxius. Somnio terretur. Suis rebus consulit. Secedit in palatium. Praefecti urbium Macedonicarum capti a iuniore in carcerem coniiciuntur. Demetrii Despotae fuga. Protovestiarii exitus miserabilis. Asan Prosiacum occupat. Ad Cralem se recipit. Basilicus Nicephorus castellum Melenici munit ac tuetur, iuniori non dediturus, nisi post mortem senioris. Iunior eius fidem ut remuneratus sit. Philippi Macedonis apophthegma. Pugna ad Mauropotamum. Senioris copiae vincuntur. Iunior Bulgaros antevertere ac Byzantium ire properat. Tria Urbis pericula. Classis Veneta, Genuensibus Galataeis infensa. Ponti fauces obsidet. Plurimas naves onerarias intercipit. Unde fames Byzantii. Venetorum aequitas ac moderatio. Auxilium ab iis iuniori denegatum. Bulgaricus exercitus, alterum Urbis periculum. Iunior urbem ingredi frustra conatur. Senior ab eo exorari non potest. Dux Bulgarorum, iuniori reconciliatus, copias suas domum reducit (5). Duo Urbis custodes cum iuniore agunt de proditione. Aliis custodibus astu circumventis illum noctu intromittunt. Senior bis praemonitus cavendum censet. Magnus Logotheta providentiam eius non probat. Imperator valde anxius. Nepotis adventu cognito ad imaginem Dei Matris confugit. Nepos iniuriam avo fieri vetat. Suos, ne victoria abutantur, admonet. Avi supplicatio miserabilis. Humanitas nepotis. Patriarcha triumphans*

*reducitur. Triumphi pompa immodesta. Opulentissimae aedes diripiuntur: in primis domus Logothetae. Eius bona omnia aut expilata, aut in fiscum redacta. Ipse maledictis vexatus. Civiles discordiae iunioris Imperatoris prudentia compressae. Gregoras seniori addictus. Calamitatis particeps* (6). *Niphon seniori cur infensus. Eius male tractandi auctor. Invidus. Ingratus. Andronicus senior sola Imperii insignia retinet. Annuus reditus ei assignatus. Logotheta Didymotichum relegatur. Esaias patriarcha seniori insultat. Episcopis et sacerdotibus poenas irrogat. Ioannes, Heracleae metropolitanus, Gregorae avunculus, moritur. Eius elogium. De eodem plura in eius vita, quam Gregoras scriptam a se testatur* (7). *Michaël Bulgarus bellum Andronico iuniori infert. Legatis ad se missis quid responderit. Utrinque se ad pugnam parant. Imperatrix filio timet. Eum cum Michaële genero reconciliat. Metochites exul stranguriae doloribus cruciatur. Senior utroque oculo captus omnibus ludibrio est. Synadeni inhumanitas. Solus Cantacuzenus fortuna moderate utitur. Eius elogium. Apophthegma. Syrgiannes, fide variis modis sancita, e carcere educitur. Annonae copia apud Byzantios* (8). *Turci, duce Orchane, Nicaeam obsident. Imperator in Asiam transit. Quales eius milites fuerint. Orchanes ei occurrit. Romani apud Philocrenen castra ponunt. Velitationes. Pugna. Romani caeduntur. Imperatoris vulnus. Orchanes, relictis equitibus trecentis, recedit. Imperator Philocrenen ingreditur. Romanorum consternatio. Praeceps ac turpis fuga. Equites trecenti partim castra diripiunt, partim instant fugientibus. Imperator Byzantium redit. Deum offensum putat: quibusnam delictis? Patriarcha populum absolvit: non item episcopos, neque sacerdotes, nisi quosdam tantum. Viri quatuor selecti iure dicundo praeficiuntur. Annui reditus iis assignati. Classis Imperatoria. Martinus Chii rector. Eius insulae praefecturam ut adeptus sit. Multis rebus gestis clarus, ideoque suspectus. Ab Imperatore capitur et Byzantium vinctus mittitur* (9). *Iunior aegrotat. Morti proximus cucullum petit. Reos carcere educi iubet. Ultimam voluntatem dictat. Uxori et postumo Imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit. Mater praeteritam se dolet. Syrgiannem adoptat. Thessalonicenses sacramento sibi obligat. Constantino Despotae libertas datur et adimitur. Prima nominis littera Imperium ei portendere credita. Senior Syadeno instante habitum et nomen invitus mutat. Iunior aquam poscit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti inspersa convalescit. Patriarcha senioris calamitate laetus. Ex ipso quaerit, qualem sui mentionem in Ecclesia fieri velit. Senior suam sortem deflet. In patriarcham invehitur. Ad interrogata nihil respondet. Ex magno dolore stupor et silentium. Vetus apophthegma regis Aegyptii. De senioris nomine in Ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit. Populi murmur et indignatio. Senior Synadeni minis territus Imperium eiurat. Scriptam formulam ut consignaverit. Auri numi antiqui in finibus Persarum inventi. Multi a Latinis mercatoribus in varias oras transmissi. Quanti apud Byzantios aestimati sint* (10). *Vanae praedictiones ex Italia et Colchide Byzantium afferuntur. Gregoras, amicis instantibus, eas refellendas suscipit. Epistola, quam de ea re ad amicum scripsit* (11). *Michaël Bulgarus cur bellum Crali intulerit. Imperator in belli societatem ascitus. In Pelagonia castrametatur. Solis defectus. Bulgarus Triballorum agros vastat. Crales cum eo confligit. Gallorum equitum virtute adiutus eundem vincit et capit. Michaël ex vulneribus moritur. Imperator nulla re gesta Byzantium redit. Fortunae inconstantia. Cralis uxores duae. Filius ex prima susceptus rebellat. Potitur principatu. Ipse Crales a factiosis in carcere suffocatus* (12). *Bulgaris per interregnum dissidentibus, Imperator Mesembriam et alia oppida invadit. Alexander, Bulgariae principatum*

*adeptus, Romanorum fines vastat. Urbes amissas recipit. Turci Nicaeam capiunt. Imagines, libros et sacras reliquias vendunt Byzantiis. Maritimam Bithyniae oram occupant. Tributarios omnibus modis vexant. Chorae monasterium a quo conditum; a quibus instauratum. Metochitae ab exilio reversi domicilium. Huius aedes ut dirutae sint. De evulso pavimento. Adempta libertas alloquendi seniorem* (13). *Varia ostentata. Solis et lunae defectus. Terrae motus. Cruces et columnae deiectae. Vox temere emissa; ipso eventu probata. Gregoras seniorem invisere solitus. Cum eo ultimum colloquitur. Senior, amicis dimissis, cibum capit. Frigidum potat. Subito morbo corripitur. Peccata precibus et lacrymis expiat. Sacris mysteriis destitutus, Dei matris imaginem ori suo admovet. Expirat. Liber, in quo Imperatorum facta figuris aenigmaticis involuta fuerunt. Oraculum de seniore Andronico explicatur. Corpus eius quonam perlatum. Iusta de more persoluta* (14).

---

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. P. 238 V. 193

inaffectata qualitas videbatur. Multum enim hilaritatis natura vultui eius indiderat, multum oculis serenitatis; linguae autem claram et canoram vocem: in omni denique eius habitu ac gestu hilaritatem et gravitatem sic explicuerat, ut amoenum quiddam ac divinum in eo emineret. Quae universa tacitos eius mores et animum nunciabant. (V.) Ut autem ingenium eius etiam declarem, unius atque alterius eius facti mentionem faciam. Paulo ante obitum, cum paupertate et rerum necessariarum inopia urgeretur et hiemis vim ferre non posset (nam hiems tum maxime saeviebat), vulpinam sibi nocturnam vestem fieri iussit. Omni autem eius opulentia perquisita tribus nummis non plus est repertum. Tanti itaque necesse fuit emi vestem, quae ei in frigoribus solamen paratum esset. Id vero consilium cum adhuc agitaretur, quidam e veteribus eius familiaribus praesentem paupertatem deplorabat, quae ita atrox sibi incumberet, ut iam in aperto mortis periculo versaretur. Ei adductus misericordia tres illos nummos dedit; mori praeoptans, quod in se esset, quam alienarum calamitatum spectator esse. Unum igitur hoc eius benignitatis signum esto. Alterum illud. Cum ei frigidae aquae potu diuturno medici interdicerent, atque ipse vini potationem repudiasset; mediam ingressus viam vix uno aureo, eoque mutuaticio, aliquid sibi dulcium liquorum emit, qui ex Aegypto et Arabia advehuntur, ut

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris. V. 236

μένων γλυκέων ὑγρῶν, ἵνα γε τούτῳ κουφίζῃ τὸ τῆς ψυχροποσίας ἄκρατον. ἀλλὰ πρὶν γεύσασθαι τούτου, πρόσεισιν αὖθις ἕτερός τις τῶν πάλαι οἰκειακῶν, μακροῦ νοσήματος βραχύ τι ζητῶν παραμύθιον. ὁ δὲ μὴ ἔχων οὐδὲν, ὅτῳ τὸν ἄνθρωπον παραμυθήσαιτο, δοθῆναι προσέταξε καὶ τούτῳ τὸ τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας ἕνεκα παρασκευασθὲν ἐκεῖνο φάρμακον. τοσοῦτον αὐτῷ τῆς συμπαθείας περιῆν καὶ ῥᾷστα πρὸς τοὺς κακῶς ἔχοντας κάμ- B πτεσθαι. (ϛʹ.) Ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντι χρέος μὲν εὕρηται, νόμισμα δ' οὐδὲν οὐδαμῇ. ἀλλ' οὗτος μὲν τοιοῦτον ἔλαχε τέλος.

A. C. 1332 die Febr. 13

ἔτος δὲ τότ' ἐνειστήκει τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἑξακισχιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν τεσσαρακοστόν. τηνικαῦτα δὲ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ ἕκτον καὶ τριακοστὸν ἠνύετο ἔτος ἀπὸ γενέσεως.

C β'. Ἐκεῖθεν ἡμέραι τριάκοντα μεταξὺ παρεῤῥύησαν καὶ ὁ μέγας τετελεύτηκε λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, τρισὶ μεγίστοις δεινοῖς κυριευθεὶς τό,τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. ἐπιέζετο μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ τῷ τῆς στραγγουρίας νοσήματι. κρατηθέντων δ' ἤδη καὶ τῶν υἱέων εἰς δεσμωτήριον κραταιότερον εἰργάσατο καὶ ἐντεῦθεν λύπη τὸ τοῦ πάθους δριμύ. ἐκ τοῦ σύνεγγυς δὲ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἐπελθὼν θάνατος καὶ βεβαίαν ἤδη κομίσας αὐτῷ τὴν D τῶν ὅλων ἀπόγνωσιν ἀνίσχυρον ἐς τέλος τὴν φύσιν πεποίηκε, χαλάσας τοὺς τόνους τῶν καιριωτέρων ὀργάνων καὶ τὰς ζωτικὰς παραλύσας δυνάμεις. ὅθεν τὸ μοναδικὸν ὑπελθὼν σχῆμα μετήλλαξεν. ἐπεὶ δὲ μέρος κἀγὼ τῶν ἐκεῖνον θρηνούντων θερμῶς, ὡς εἰκὸς, ἐγιγνόμην, παρελθὼν μονῳδίαν διῆλθον τοιάνδε.

5. τοῦτο W., sed in mg. τούτῳ.

his frigidae potum meraciorem temperaret atque levaret. Sed priusquam eos gustasset, rursus alius veterum domesticorum eum accedit, longi morbi breve quaerens solatium. At ille, cum nihil haberet quo hominem consolaretur, et huic dari iussit remedium suae infirmitatis causa comparatum. Tanta eius erat humanitas et commiseratio eorum, qui male habebant. (VI.) Quin et eo mortuo aes alienum emersit; nummus autem ne unus quidem uspiam inventus. Hunc iste exitum sortitus est anno ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo et quadragesimo; quo tempore annum aetatis trigesimum sextum Imperator Andronicus explebat.

2. Triginta diebus ex eo elapsis magnus Logotheta Metochites decessit, tribus maximis malis victus et corporis et animi. Nam stranguriae quidem morbo pridem laborare coeperat. Iam autem filiis quoque eius comprehensis et in carcerem coniectis eius morbi vim animi dolor auxit. Paulo post Imperatoris etiam mors consequuta desperationem illi de summa rerum attulit, et naturam eius ad extremum debilitavit, laxatis nervis praecipuorum organorum vitalibusque viribus resolutis. Quare monastico habitu induto decessit. Sed quia et ego, uti par erat, ex eorum numero fui, qui illum gravissime lugerent, huiusmodi de eo funebrem orationem habui:

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

(B.) „Ἐμοὶ δὲ, ὦ παρόντες, ταὐτόν τι συνέβη παθεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ναῦς ἐξαίφνης ἐναντίοις ἐντετυχηκυῖα τοῖς πνεύμασιν ἐπὶ πρύμναν ἐκινδύνευσε καταδῦναι· ἔπειτα πρὶν ἢ δυνηθῆναι στῆναι καλῶς, ἕτερον ἐπιδραμὸν ἐκ πλευρᾶς κλυδώνιον ὑποβρύχιον ἠνάγκασε ταύτην γενέσθαι. πρὶν γὰρ τὴν προτέραν καὶ με- [E] γίστην ἐκείνην τοῦ βασιλέως ἀποτινάξασθαι συμφορὰν, ἑτέρα μοι σήμερον αὕτη ἐπιδραμοῦσα, καθάπερ ἐπὶ κλύδωνι κλύδων κἀπὶ χειμῶνι χειμὼν, δεινῶς κατεβάπτισε καὶ πρὸς ἀβύσσους πυθμένας φεῦ κατήνεγκε συμφορῶν. ὢ πῶς οὐκ εὐθὺς ἀπέπτης, ψυχὴ, ἀλλ' ἔτι τῷ δυστήνῳ τούτῳ παρέμεινας σώματι; ὢ πῶς οὐχ ὑπὸ τῶν ἀλγεινῶν διεῤῥάγη μοι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀντέχειν ἔτι δύναται πρὸς τοσαύτας κυμάτων ἐπαγωγάς; ὢ δυστυχής μοι [P. 292] γλῶττα, οἵας σοι τὰς μονῳδίας ὁ χρόνος ἐταμιεύσατο; φεῦ τῆς τῶν δεινῶν συνεχείας· βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν πραγμάτων. οὓς γὰρ ἀεὶ κατὰ τῶν συμφορῶν προβόλους εἴχομεν ἀῤῥαγεῖς καὶ λαμπροὺς παρηγόρους, οὗτοι στρατεύματα συμφορῶν ἐφ' ἡμᾶς ὁπλίζουσι σήμερον. ἡμεῖς δὲ καρτεροῦμεν ἔτι καὶ μονῳδεῖν ἀνεχόμεθα. ποῦ σοφῶν συναυλίαι καὶ λογίων ἅμιλλαι καὶ σεμνὰ παλαίσματα; ποῦ ῥητόρων πανηγύρεις καὶ κρότοι καὶ θέατρα [B] πολλῷ τῶν Παναθηναίων ἐκείνων λαμπρότερα; φροῦδα τὰ πάν- [V. 237] τα, κόνις ἅπαντα. ὦ κάκιστε χρόνε, πῶς ἐκ μέσης ἠνέσχου τῆς οἰκουμένης τὴν τῆς σοφίας μητρόπολιν ἐξελεῖν ἀπηνῶς; πῶς τὴν τῶν λόγων καθεῖλες ἐπιβουλεύσας ἀκρόπολιν; πῶς οὕτω νεανιεύῃ καθ' ἡμῶν συνεχῶς, μήτε τινὰ οἶκτον λαμβάνων, μήτε κορεν-

9. συμφοραῖς A. 23. ἀκρόπ.] μητρόπολιν W.

(II.) „Mihi quidem, auditores, idem usu venit, quod navi subito adversis ventis circumventae, cuius puppis cum demergenda sit, priusquam consistere possit, ab alio fluctu a latere obruatur. Priusquam enim priorem illam et maximam obitus Imperatoris calamitatem excussissem, altera haec hodie me aggressa, veluti fluctus post fluctum, tempestas post tempestatem, graviter demersit et in abyssos et fundum calamitatum heu deiecit. O anima, cur non statim evolasti? cur adhuc in misero isto corpore permanes? Heu, cur non prae doloribus ruptum est corpus meum, sed adhuc tot fluctuum violentiae resistere potest? O infelicem linguam meam, ad huiusmodi lamentationes reservatam! Heu malorum cumulum: heu mutationem rerum! Quos enim firmos quasi obices contra malorum insultus habebamus et illustria solatia, ii hodie contra nos calamitatum cohortes educunt. Nos vero adhuc subsistimus et lamentari non desistimus? Ubi est familiaritas sapientium? ubi doctorum certamina et honestae velitationes? ubi oratorum coetus, applausus, theatra, multo Panathenaeis illis splendidiora? Evanuerunt omnia; in pulverem abierunt omnia. O tempus iniquissimum! itane e medio terrarum orbe sapientiae metropolin tollere crudeliter haud dubitasti? itane per insidias eloquentiae arcem evertisti? Cur tam continenter in-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

νύμενος ὑπὸ τῆς τρυφῆς τῶν δεινῶν; χθὲς ἀφεῖλες ἡμῶν τὸν
μέγιστον βασιλέα· σήμερον τὸν δεξιὸν ὑπηρέτην, τὸν Νέστορα
τὸν βουληφόρον, τὸν μόνον τοσούτῳ βασιλεῖ δυνάμενον ἐξαρ-
κεῖν. χθὲς τὸν τῶν Χαρίτων θάλαμον· σήμερον τὰ τῶν Χαρί-
C των προπύλαια· χθὲς τὸ ἔαρ τῶν ἀγαθῶν· σήμερον τὴν τὸ τοι-
οῦτον ἔαρ ἀγγέλλουσαν χελιδόνα· χθὲς τὸν μέγαν καὶ ἀπαρά-
μιλλον νοῦν· σήμερον τοῦ τοιούτου νοῦ τὸν ἐναρμόνιον κήρυκα·
χθὲς τῆς χρυσῆς καὶ μεγάλης γλώττης τοὺς λόγους· σήμερον
D τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Περίπατον καὶ τὴν Στοὰν ἐκείνης τῆς
γλώττης κἀκείνων τῶν λόγων· χθὲς τὰς Μούσας· σήμερον τὸ
ζῶν καὶ κινούμενον μουσεῖον· χθὲς τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν δογμά-
των τὸν κράτιστον πρόβολον· σήμερον τὴν δογματικὴν πανοπλίαν·
χθὲς τὸν τῆς ἱερωσύνης κανόνα τε καὶ τὴν στάθμην· σήμερον
τὴν ἱερὰν ὁπλοθήκην. ἀλλ' ὢ πόσοι κλαυθμοὶ καὶ στεναγμοὶ
συνεληλυθότες εἰς ἓν ἐξισωθῆναι δυνηθεῖεν ἂν τοῖς νῦν κατα-
E σχοῦσιν ἡμᾶς πάθεσιν; οἶμαι γάρ, οἶμαι, ἂν θάλασσα μὲν
ἅπασα μεταβάλῃ πρὸς φύσιν δακρύων, ποταμοὶ δ' αὖ, ὁπόσοι
τὴν γῆν περικλύζουσι, πρὸς δακρύων τραπῶσι φοράν, οὐδ' οὕ-
τως ἂν ἱκανῶς δειχθείη τὸ μέγεθος ὅσον τῶν νῦν συμφορῶν.
ἐκεῖνος ἦν ὁ τῆς ἡγεμονικῆς τῶν Ῥωμαίων ὁλκάδος ἄριστος κυβερ-
νήτης· οὗτος ὁ τὴν Ἑλίκην καὶ τὸν πόλον διασκοπούμενος ἄρι-
στα. ἐκεῖνος ὁ τὰς αἰθρίας καὶ τὰ νέφη τῶν πόλεων καὶ τοὺς
F ἐκεῖθεν χειμῶνας προβλέπων· οὗτος ὁ τὰ ἱστία καὶ τοὺς κάλως
καὶ τὰ πρυμνήσια διατιθέμενος εὖ. ἐκεῖνος ὁ τῆς φρονήσεως πρύ-
τανις· οὗτος ὁ τῆς φρονήσεως ἐκείνου διανομεὺς δεξιός. ἀλλ'

6. ἔαρ A. 24. ὁ add. A.

sultas nobis sine ulla misericordia et satietate malorum? Heri maximum nobis Imperatorem abstulisti; hodie solertissimum illius ministrum, Nestorem consiliarium, eum qui solus tanto Imperatori satis fuit. Heri Gratiarum thalamum; hodie Gratiarum vestibulum. Heri ver bonorum; hodie nunciam eius hirundinem. Heri magnam et incomparabilem mentem; hodie mentis illius argutum praeconem. Heri aureae et magnae illius linguae sermones; hodie Academiam et Peripatum et Stoam illius linguae et illorum sermonum. Heri Musas; hodie vivum et motu praeditum Museum. Heri pietatis et dogmatum firmissimum munimentum; hodie dogmaticam panopliam. Heri sacerdotii regulam et amussim; hodie sacrum armamentarium. Sed quae tandem lamenta, quae suspiria in unum coniuncta malis nostris aequari queant? Arbitror, arbitror enim, si mare totum in lacrymarum naturam conversum, et omnes fluvii, qui terram irrigant, in lacrymarum abundantiam mutentur, ne sic quidem magnitudinem calamitatum, quibus nunc oppressi sumus, satis ostendi posse. Ille principalis Romanorum navigii optimus fuit gubernator; hic Helices et poli diligentissimus inspector. Ille serenitates et nubila urbium et imminentes inde tempestates prospexit; hic vela, funes, rudentes probe direxit. Ille prudentiae penu; hic dexter illius pro-

ἄμφω νῦν ὁ θάνατος ὀξέως ἐπιδραμών, ὁ δυσμενὴς ὁπλίτης, A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris. φεῦ τοῦ πάθους, εἰς γῆν καὶ κόνιν κατέχωσεν. ὢ πῶς οὐ γῆν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοὺς οὐρανοὺς καὶ ἀστέρας ὀξέως τὰ νῦν περιέδραμε πάθη καὶ αὐτῆς τῆς ἀνωτέρας ἁψάμενα λήξεως; ἀλλὰ δεῦρο δή μοι πᾶς ὁ τῶν λειπομένων σοφῶν χορός, εἴπερ P. 293 τινὲς λείπονται, θρηνήσατε τὴν πηγὴν τοῦ λόγου φραγεῖσαν. θρηνήσατε σιγῶσαν τὴν πάνυ τοι ἐμμελῶς ἀττικίζουσαν πρότερον γλῶσσαν καὶ τὸ γλυκὺ νέκταρ ἐκείνης ἀθρόως εἰς γῆν καταῤῥεῦσαν. θρηνήσατε στόμα ἐκεῖνο, ὃ χθὲς μὲν καὶ πρότερον οἱονεί τι σίμβλον κατεφαίνετο μέλιτος, νῦν δὲ θανάτου κηφῆνες διέφθειραν. θρηνήσατε τὸν τὸ Ῥωμαίων κλέος τῇ σοφίᾳ σεμνύνοντα πλέον, ἢ τὸ τῶν Ἀθηναίων πάλαι Σωκράτεις καὶ Πλάτωνες. B θρηνήσατε τοὺς τῆς σοφίας κρατῆρας ἁπάσης ἐν βραχεῖ κενωθέντας εἰς γῆν. ἀλλ' ὢ τίς ἐκ μέσης τῆς οἰκουμένης τὸν τῶν Μουσῶν ἀφήρπασεν Ἑλικῶνα; τίς τὸν τῆς σοφίας κατέχωσεν Ὄλυμπον; τίς τὸν λύχνον ἔσβεσε τὸν φωτίζοντα τοὺς ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς καὶ καλῶς ἡμῶν τὸ τοῦ νοῦ διανοίγοντα βλέφαρον; τίς τὴν τέχνην τῶν τεχνῶν καὶ τὴν τῶν ἐπιστημῶν ἐπιστήμην διέφθειρε; τίς τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον εἰς ᾅδου πυθμένας C κατήνεγκε; πάλαι γε μὴν ἡ Ἑλλὰς τὴν τῶν λόγων ἑστίαν ἐθρήνησε τὰς Ἀθήνας, ὁπότ' ἐπιβούλως δραμὼν καθεῖλεν αὐτὰς ὁ Λακεδαιμόνιος Λύσανδρος. ἡμεῖς δ' οὐδ' ἀξίως θρηνεῖν ἔχομεν σήμερον ὅλας Ἑλλάδας αὐταῖς Ἀθήναις συγκαταδύσας. πάντα γὰρ εἷς ἀνὴρ οὗτος ἦν. ὦ Μοῦσαι καὶ λόγοι καὶ ἀρεταὶ

3. μόνην A. 10. σύμβλον C., σύμβολον W. σίμβλον corr. Boiv.

mus condus fuit. Sed utrumque nunc mors celeriter arreptum, infestus ille miles, (proh dolor) in terram et pulverem depressit. O quomodo non terram tantum, sed iam ipsos etiam caelos et stellas celeriter haec mala percurrerunt et superiorem provinciam etiam invaserunt? Age vero prodi mihi huc omnis reliquus doctorum coetus, si qui supersunt. Deplorate fontem eloquentiae obturatum. Lugete Atticam illam linguam, non ita pridem suavissime loquutam, et dulce illud nectar prorsus humi effusum. Lugete os illud, quod paulo ante mellis vobis favus fuit, nunc vero a mortis fucis est perditum. Lugete eum, qui Romanorum gloriam sua sapientia magis auxit, quam olim Atheniensium Socrates et Platones. Lugete universae crateres sapientiae, paulo momento in terram effusos. At o quis e medio terrarum orbe Musarum abripuit Heliconem? Quis sapientiae destruxit Olympum? Quis lucernam extinxit, mentis nostrae oculos illustrantem et cilia nostri animi pulchre aperientem? Quis artem artium, scientiam scientiarum perdidit? Quis caelestem hominem in fundum tumuli deiecit? Olim quidem Graecia Athenas eloquentiae domicilium deploravit, cum eas per insidias celeres destruxisset Lysander Lacedaemonius. Nos vero hodie non satis deplorare possumus totam Graeciam cum ipsis Athenis demersam. Unus enim hic vir fuit omnia. O Musae, o fa-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Junioris.

καὶ πᾶσα παιδεία, πῶς τὰ κρῖνα ταχέως οὑτωσί πως ἐμιμήσασθε
τοῦ ἀγροῦ, ὀξέως μὲν πρὸς ὕψος καὶ κάλλος ἀρθέντα, ὀξύτε-
ρον δ' αὖ καταδύντα πρὸς μαρασμὸν καὶ φθοράν; τὸ γὰρ θεῖον
ὑμῶν ἀνάκτορον, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ὑμῶν ἐνδιαίτημα ὑπὸ
V. 238 γῆν καὶ φθορὰν νῦν κατελθὼν καὶ τὸ ὑμέτερον συγκατέχωσε κάλ-
D λος. οὗτος ἦν ὁ πάντας ὑπερφωνήσας φιλοσόφους καὶ ῥήτορας,
ὁπόσους ὁ μακρὸς ὕμνησε χρόνος· ἀλλ' οἴμοι κεῖται νῦν ἐν κόνει
καὶ χώμασιν ἄφωνος. οὗτος ἦν ὁ τῷ νῷ καὶ τῇ γλώττῃ διαμε-
E τρῶν οὐρανὸν καὶ ἀστέρας βέλτιον ἢ κατὰ πάντα κανόνα καὶ
στάθμην ἀνθρώπων· ἀλλὰ νῦν βραχὺς αὐτὸν διεμέτρησε λίθος.
οὗτος ἦν ἡ τῶν μεγάλων οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁριζόντων καὶ παραλ-
λήλων ἀρίστη διόπτρα, οὗτος ὁ κράτιστος καὶ αὐτοφυὴς ὡρο-
σκόπος· ἀλλὰ νῦν αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς ὥρας, φεῦ τοῦ δεινοῦ,
βραχὺς ὁρίζων τῆς γῆς περιείληφεν. οὗτος ἦν ὁ πολλὴν ἐνδειξά-
μενος πρόνοιαν τῶν ἑξῆς ἐλλογίμων Ἑλλήνων, ὡς μὴ διακινδυ-
F νεύοιεν περὶ τὰς κρίσεις τῶν πάλαι σοφῶν· οὗτος ὁ ῥᾳδίαν τὴν
τῆς ἀστροθεάμονος ἐπιστήμης σοφίαν πεποιηκώς· οὗτος ὁ τῆς
Ἀριστοτελικῆς γλώττης τὰς λαβυρίνθους ἁπλώσας· ἀλλὰ νῦν αἱ
ζοφώδεις τοῦ τάφου λαβύρινθοι πικρῶς περὶ αὐτὸν φεῦ ἐξελίσ-
σονται. οὗτος ὁ τῆς ἀρίστης αἰδοῦς καὶ τῆς σωφροσύνης κα-
νών· ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ὁ θάνατος ἀναιδῶς ἐξέτεμε δραμών. ὢ
πῶς ὁ παρὼν οὗτος χρόνος ἐν βραχεῖ πάντας ἀθρόον τοὺς πά-
P. 294 λαι χρόνους τοῖς θρήνοις νενίκηκε; πολλοὺς γὰρ ἀμείψας ἡλίους
τοσαύτην ζημίαν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρωπίνης ἐπενεγκεῖν φύσεως μέ-

7. οἶμαι W.

cundia, o virtutes, o omnes disciplinae, quomodo agrestia lilia adeo celeriter estis imitatae, cito quidem in altum decus arrectae, sed citius arefactae et deiectae? Divina enim vestra cella, magnum illud et celebre vestrum diversorium, nunc terra et interitu oppressum una vestram quoque gloriam depressit. Hic fuit, qui omnes voce philosophos superaret et oratores, quos omnia saecula celebrant: sed heu, iacet iam in pulvere et tumulo mutus. Hic fuit, qui mente et lingua caelos et terras dimetiretur, quovis perpendiculo, quavis amussi rectius; nunc vero lapis exiguus eum dimetitur. Hic fuit magnorum caeli et terrae horizontum et parallelorum optima dioptra, hic optimus et sponte natus horoscopus; sed nunc eum ante tempus, o miseriam, brevis horizon terrae complectitur. Hic fuit, qui magnum impendit studium, ne in posterum Graeci eruditi in iudiciis veterum sapientum hallucinarentur. Hic fuit, qui contemplatricis siderum sapientiae scientiam facilem reddiderit. Hic fuit, qui Aristotelicae linguae labyrinthos extricarit; at nunc obscuri sepulchri labyrinthi acerbe circa eum intricantur. Hic optimae verecundiae et modestiae regula; sed nunc eum mors impudenter amputavit. Heu, quo pacto tempus hoc paulo momento vetustatem omnem lamentationibus vicit: quod post multa solis curricula tantum detrimenti universae naturae humanae in hunc usque diem inferre non

χρι νῦν οὐ δεδύνηται· νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ῥᾷστα δεδύνηται. χθὲς A. C.
μὲν γὰρ τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα τῶν καλῶν ἐλθὼν ἀφείλετο· τὰ 1328
δὲ λειπόμενα σήμερον ἐπανελθὼν προσαφείλετο. χθὲς τὸν τῆς ad 1341
γῆς ἥλιον γῆς πυθμέσιν ἀπέκρυψε· νῦν δὲ καὶ τὸν ἑωσφόρον Imp. Andron. Iunioris.
ὁμοῦ συναπέκρυψε. χθὲς τὴν μουσικὴν ἀνεῖλεν ἁρμονίαν· σήμε-
ρον τὴν μαγάδα καὶ τὰς νευράς. ὢ πῶς ὁ σιγῶντας τοὺς οὐρα- B
νοὺς εὑρηκὼς ἐκ πολλοῦ, ἔπειτα τὴν τοῦ θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν
αὐτὸς παρεσκευακώς, νῦν ἐν τάφῳ σιγᾷ; ὢ πῶς νεκρὸς ὢν αὐτὸς
(φεῦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς) κινούμενόν τε καὶ ζῶν ἐμοὶ παραπέμπει
τὸ πάθος, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν κατατέμνον καρδίαν ξίφους
παντὸς χαλεπώτερον, μᾶλλον δὲ καὶ νύκτας ὅλας, εἰ χρὴ τὸ
μεῖζον εἰπεῖν; ἡμέρας μὲν γὰρ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων ὁμιλίαι
συχναὶ καὶ κάλλος οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις κτισμάτων C
ἴσως ἀφέλκουσί τε τοῦ πάθους καὶ ἀποσπῶσιν ἐπὶ βραχὺ τὸν
ἡμέτερον νοῦν· νυκτὸς δὲ σχολῆς γενομένης ἤδη κατὰ πολλὴν τοῦ
κωλύσοντος ἐρημίαν αἱ πᾶσαι τῶν συμφορῶν ἀλγηδόνες ἀθρόαι
δραμοῦσαι καὶ τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μνήμης καρδίαν συνειληφυῖαι,
καθάπερ τινὲς κύνες ἄγριοι σῶμα πεπτωκός, ἔνθεν κἀκεῖθεν πι-
κρῶς περιέλκουσι, φεῦ, καὶ συμπνίγουσιν. ὢ πῶς πολλάκις ἐς
αὐτὸν ἔγωγε ἀπιδὼν σοφίας ἁπάσης ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους αὐ- D
τὸν εἶναι ἐνόμισα, ψυχὴν καὶ σῶμα προσειληφυίας καὶ συνδιαι-
τωμένης ἀνθρώποις, ἵνα σοφοὺς ἀκροατὰς συνετίσῃ καὶ τὰ τῆς
ἐπιστήμης καταστορέσῃ ναυάγια; ὢ πῶς μετεμψυχῶσίν τινα δο-
ξάζειν καὶ αὐτὸς κεκινδύνευκα ἐπ' ἐκείνῳ γενέσθαι καὶ πάντων

3. αὖθις A. pro ἐπανελθών. 12. καὶ add. A.

potuit, nostra vero aetate facillime potuit. Heri enim maxima et pulcherrima bona abripuit; ea vero quae restabant hodie reversum etiam ademit. Heri terrae solem terrae visceribus occultavit, nunc etiam Luciferum simul occultavit. Heri musicam harmoniam abstulit, hodie magadem et nervos. O quomodo is, qui effecit ut caeli, qui longo iam tempore tacuerant, Dei gloriam enarrarent, nunc ipse in sepulchro tacet? Heu, quomodo ipse mortuus atque immotus viventem et mobilem misero mihi dolorem facit; qui toto die cor meum quovis ense acutius penetrat ac potius totas noctes, si quod maius est dici debet? Interdiu enim et familiarium congressus crebri, et caeli ac terrae, eorumque quae his continentur, pulchritudo forsitan a dolore nonnihil avertunt atque paulisper abstrahunt animum nostrum; noctu vero, cum datur otium, nec est quod prohibeat, omnes calamitatum dolores simul irruunt; et pectore ac memoria mea occupata, ut feri canes cadaver, huc atque illuc distrahunt ac discerpunt. Quoties ego illum intuitus universam sapientiam mortales invisisse cogitavi, et animo corporeque assumptis hominum consuetudine esse usam, ut sapientes auditores sapientia augeret et scientiae naufragia sedaret! Parum certe abfuit, quin et ipse animos in alia migrare corpora statuerem, et omnium simul animos Homeri,

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

ὁμοῦ τὰς ψυχὰς, Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος καὶ Πτολεμαίου, καὶ
ὅσοι ῥητορεύουσαν πεπλουτήκασι γλῶσσαν, ἐν ἑνὶ τῷ τούτου σώ-
ματι συνδραμεῖν καὶ διατρίβειν αὖθις ἐν βίῳ, καθάπερ ὁλκάδι
μυριοφόρῳ χρωμένους αὐτῷ; ἀλλὰ νῦν ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος,
E φεῦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τάφον καὶ κόνιν, πολὺν
τὸν τῆς λύπης ἀνάψας πυρσὸν κατὰ τῆς ἐμῆς καρδίας. οὐ γὰρ
V. 239 ἠδύνατο ζῆν ἄνευ ψυχῆς καὶ πνοῆς. ψυχὴ δὲ πάντως αὐτοῦ καὶ
πνοὴ, καὶ πᾶν εἴ τι ζωογονεῖν ἐπεφύκει, οὐχ ἕτερον ἦν τῶν ἁπάν-
F των αὐτῷ, ἢ βασιλεὺς ὁ θεῖος ἐκεῖνος καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄν-
θρωπος, ὃς καὶ ζῶν ἔτι ἐξαίρειν ἠπείγετο πολλῷ τῶν ἄλλων αὐ-
τὸν, δεικνὺς ἐναργῶς, ὡς τοσούτῳ βασιλεῖ τοσοῦτον εἶναι καὶ
τὸν ὑπηρέτην χρεών· τῷ φρονιμωτάτῳ δηλαδὴ τῶν ὅσοι τὴν γῆν
διενείμαντο ἄνθρωποι τὸν πάσῃ σοφίᾳ πάντων ἐπέκεινα χρώμενον.
καὶ νῦν δ' αὖ τῶν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγεὶς οὐκ ἔκρινε δεῖν ἀπηρ-
τῆσθαι τοῦτον ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ· καὶ μέντοι ταχέως προσκα-
P. 295 λεσάμενος ταχέως καὶ προσειλήφει. εἰ μὲν δὴ οὖν ἀπελθόντος
ἐκείνου ζῆν οὗτος οὐκ ἠδύνατο, καθάπερ σῶμα ψυχῆς ἀπεῤῥω-
γὸς, βαβαὶ τῆς συμπνοίας τε καὶ τῆς μίξεως, ἣν εἰς ἄῤῥηκτόν
τινα τὸν δεσμὸν ἡ μακρὰ συνήρμοσε σχέσις. εἰ δὲ καλέσαντος
ἐκείνου ἔδραμε, παραχρῆμα ῥίψας τὸ σῶμα, βαβαὶ τῆς ἀγάπης
καὶ τῆς στοργῆς, ἣν προσηκόντως ἔσχε πρὸς τὸν δεσπότην. Ἡρα-
κλῆς μέντοι ἐκεῖνος, εἰ δὴ τὰ ὄντα εἰρήκασιν οἱ τῶν μύθων ἐν-
B ταῦθα πατέρες, πᾶσαν διέδραμε τὴν ὑφ' ἥλιον, ὡς ἂν μάρτυρα
τῶν οἰκείων ἅπασαν κτήσηται ἄθλων· οὗτοι δ' ἐντὸς ὅρων μέ-

5. ἐμῆς add. A. 6. ἐμῆς] ἡμετέρας A.

Platonis et Ptolemaei ac praestantium oratorum in unius huius concurrisse corpore, atque in vita versatos esse, eoque tanquam maximo navigio ingeniorum suorum usos. At tunc tantus et tam praestans ille vir, heu calamitatem! sepulchrum et pulverem subiit, magna doloris flamma incensa in meo pectore. Vivere etenim sine anima et spiritu utique non potuit. Animus vero eius et spiritus, et si quod est quod vitam conferre queat, nihil omnium fuit aliud, quam Imperator divinus ille, et homine superior homo; qui et vivens illum longe super alios omnes evehere conatus evidenter ostendit, tanto Imperatori tanto etiam ministro esse utendum; prudentissimo nimirum terram incolentium omnium hominum, eo qui omni sapientia omnes superaret. Nunc vero ille rebus humanis relictis non diu a se remotum esse hunc oportere censuit; sed celeriter arcessitum secum coniunxit. Quod si ergo illo digresso vivere hic non potuit, veluti corpus ab animo divulsum: papae, qualis illa fuit conspiratio atque coniunctio, quam indissolubili vinculo diuturnus usus conglutinavit! Quod si ab illo arcessitus statim abiecto corpore accurrit: o amorem et caritatem singularem, qua, ut decuit, dominum est prosequutus! Hercules ille quidem, siquidem hoc vere dixerunt fabularum patres, terrarum orbem peragravit, ut is suorum certaminum testis esset. Hi vero cum intra limites manerent, sola optima fama etiam

νοντες μόνῃ τῇ βελτίστῃ φήμῃ καὶ τὰς Ἡρακλείους διέβησαν στήλας καὶ ῥᾷστα πᾶσαν ἀνηρτήσαντο τὴν ὑφ᾽ ἥλιον. ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθον, ἀθανατίσαντες πρότερον ἑαυτοὺς καὶ μνήμην καταλιπόντες ζῶσαν διηνεκῶς ἐν ταῖς τῶν ἐπιγινομένων ἀνθρώπων ψυχαῖς. ἡμῖν δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων προβόλων καὶ στηριγμάτων οὑτωσὶ στερηθεῖσι τίς ἐλπὶς λείπεται τἀγαθοῦ; C ταὐτὸν γάρ τι καὶ ἡμῖν νῦν ἕπεται δεδιέναι, ὅπερ ἄμπελοι καὶ φυτὰ νεογνά, ἐπειδάν τις ἐπιβούλως τοὺς κύκλῳ περιβόλους τε καὶ φραγμοὺς καθελὼν μηλόβοτον καταστήσῃ τὸν χῶρον. ἀλλὰ γὰρ εἴρηται κἀμοὶ τῆς μὲν ἀξίας, ὦ παρόντες, πάντως ἔλαττον· τῆς δὲ τῶν ἄλλων προθυμίας ἴσως οὐκ ἔλαττον. ἡ μὲν γὰρ ἀξία τῆς ἐκείνου γλώττης ἐδεῖτο· ἡ δὲ προθυμία γνώμης τῆς D ἐμαυτοῦ." (Γ.) Τούτων οὕτω λεγομένων πολὺς πρὸς τῶν συγγενῶν ἐγίνετο θρῆνος. εἶναι δὲ τὸν ἄνδρα συνέβαινε τὰ ἐς ψυχὴν ἀγαθὸν μὲν καὶ σώφρονα ἐν τοῖς μάλιστα· ἐῤῥωμένον δὲ τὸ σῶμα καὶ πάντα σύμμετρα κεκτημένον, ὥσπερ ὑπὸ κανόνι καὶ στάθμῃ τῆς φύσεως τελεσιουργησάσης αὐτῷ τήν τε ἡλικίαν ὁμοῦ πᾶσαν καὶ αὖ καθ᾽ ἕκαστα τῶν μελῶν καὶ μερῶν· ἐπιπρέπειν δ᾽ αὐτῷ καὶ ἱλαρότητα ὄψεως μετά τινος σεμνοῦ μειδιάματος καὶ E ἦθος γαληνὸν καὶ εὐπρόσιτον· φιλότιμον δ᾽ εἶναι τὰ ἐς λόγους μᾶλλον ἢ πάντα χρήματα· ἐχορήγει γὰρ αὐτῷ πολλὴν τὴν ὁρμὴν καὶ ἡ τῆς διανοίας ὀξύτης καὶ τὸ τῶν νοημάτων γόνιμον· τὴν δὲ πρὸς τὰ θεῖα διάπυρον εὐλάβειαν καὶ εὐσέβειαν ὁμότροπον εἶναι καθάπαξ τῷ τελευτήσαντι βασιλεῖ.

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

7. τι] τοι A. 9. ἀλλὰ γὰρ — ἐμαυτοῦ add. A. 16. σύμμετρον A. 18. ἐπιτρέπειν W.

Herculanas columnas superarunt; et quicquid sol intuetur, in se converterunt. Nunc vero e rebus humanis discesserunt, cum se prius immortalitati consecrassent suique memoriam perpetuo in posterorum animis victuram reliquissent. Nobis autem, talibus et tantis praesidiis ac munitionibus destitutis, quae ullius boni spes relinquitur? Idem enim et nobis vereri nunc subit, quod vitibus et plantis novellis, si quis maceriis et saepibus fraude remotis eas pecudibus patere sinat. Enimvero dictum est a me, auditores, prorsus infra viri dignitatem; at non fortasse infra caeterorum affectum. Nam dignitas facundiam ipsius, aliorum affectus meum animum requirebat." (III.) Quae cum ad hunc modum dicerentur, magnus cognatorum eius luctus est exortus. Fuit ille vir animo quidem bonus atque in primis temperans; corpore autem robusto, cuius staturam omnem velut ad amussim natura a capite ad calcem usque direxerat, nec non singula membra et partes. Ornabatur praeterea hilari vultu, in quo ipsius risus suavitatem gravitas quaedam temperabat; moribus placidis et humanis. Honorem vero ex eloquentia magis quam ex ulla re alia expetebat. Quam ad rem ingenii celeritate ac foecunditate incitabatur. Ardentissimo autem religionis studio et pietate plane similis erat defuncto Imperatori.

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris. P. 296 V. 240

γ'. Θέρους δ' ἐπιγενομένου ἔγκυος ἐν Διδυμοτείχῳ διάγουσα ἡ τοῦ βασιλέως σύζυγος Ἄννα ἡ δέσποινα υἱὸν κατὰ τὴν ιη' Ἰουνίου γεγέννηκεν, Ἰωάννην τὸν βασιλέα. ὃ δὴ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ταχίστην αὖθις ἐπανῆκεν ἐς Διδυμότειχον· καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἤμειψεν ἐς τὸ λαμπρότερον τὰ ἐνδύματα, ἃ διὰ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν τέως ἐνεδέδυτο. εἶτα καὶ ἀγῶνας ἐξε- B τέλεσε δύο, μίμησίν τινα τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀποσώζοντας, οὓς καὶ πρότερον μὲν πολλάκις ἐτέλει, νῦν δὲ φιλοτιμότερον· οἳ δὴ τοῖς Λατίνοις πάλαι ἐπινενόηνται γυμνασίας ἕνεκα σώματος, ὁπότε σχολὴν ἄγοιεν τῶν πολεμικῶν. (B.) Τούτων ὁ μὲν εἷς μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχει καὶ ντζούστρα παρὰ Λατίνοις καλεῖται. μερίζονται γὰρ κατὰ φυλὰς καὶ δήμους καὶ φρατρίας· ἔπειτα ὁπλί- C ζουσιν ἀφ' ἑκατέρου μέρους ἕνα καὶ ἕνα τῶν βουλομένων τινὰς καὶ πάντῃ καταφράκτους καθιστῶσιν. ἔπειτα δόρυ λαβόντες ἑκάτερος ἐν τρισὶν ὀβελίσκοις ἐσκευασμένα τὸ ἄκρον ἐπιπηδῶσιν ἀλλήλοις καὶ ἀπαντῶσιν εὐρώστως καὶ ὠθοῦσιν ἀλλήλους τοῖς δόρασι μετὰ πάνυ γενναίας τῆς ὁρμῆς· καὶ ὁ τοῦ ἵππου καταβαλὼν τὸν ἀντίπαλον στεφανίτης ἀναγορεύεται. κλήρῳ γοῦν καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν τοιαύτην λαγχάνει μονομαχίαν, ὥστε καὶ παρὰ μικρὸν ἦλθε D πολλάκις πληγῆναι καιρίαν. διὸ καὶ παραινούμενος ὑπὸ τῶν γηραιοτέρων ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων ἔργων· ἀνοίκειον γὰρ εἶναι πάντῃ βασιλεῖ πρὸς τῶν δούλων παίεσθαι, καὶ ταῦθ' οὕτως ἀνυποστόλως, ᾧ καὶ κίνδυνος ἕπεται· οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ τοῖς ἡλι-

11. κιντζούστρα W. pro καὶ ντζούστρα, καὶ τζούστρα coni. Ducang. 12. φατρίας A. 15. ἐσκευασμένον W. in mg. 23. ὡς καὶ κίνδυνον ἕπεσθαι coni. Boiv.

3. Sequente aestate Imperatoris coniux Anna Domina, quae Didymotichi praegnans agebat, decimo octavo die Iunii filium Ioannem Imperatorem peperit. Quo Imperator audito celerrime Didymotichum rediit; et laetitia exultans, lugubri veste quam propter avi mortem gerebat deposita, splendidiorem sumpsit. Deinde duo etiam certamina celebravit, Olympicorum ludorum similitudinem quandam servantia: quae cum antea quoque saepius edidisset, nunc tamen maiore apparatu exornavit. Hi ludi a Latinis olim sunt excogitati exercendi corporis gratia, cum a re bellica vacabant. (II.) Eorum unus duelli speciem prae se ferens Iusta apud Latinos dicitur. Dividuntur secundum tribus, municipia, curias. Deinde ex utraque parte armantur singuli contra singulos, qui volunt, et ab omni parte armis teguntur. Deinde uterque sumpto hastili, cuius extremum tribus cuspidibus armatur, in se invicem irruunt et valido impetu concurrunt, et alii alios hastis quam fortissime impellunt. Qui adversarium equo deiecerit, victor proclamatur. Istud singulare certamen ipsi etiam Imperatori sortito obtigit: et parum abfuit, quin saepe lethalem ictum acciperet. Unde quum a senioribus moneretur, ut huiusmodi rebus abstineret (nec enim decere Imperatorem a servis pulsari, idque non simulate, immo cum aliquo periculo), non

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. iunioris.

κιώταις τῶν στρατιωτῶν μᾶλλον βραβεύων τὴν τῆς βουλήσεως ψῆφον τούτους ἀπήλαυνε, δειλίαν ἀγεννῆ ταῖς αὐτῶν καταψηφιζόμενος παραινέσεσιν. (Γ.) Ὁ δ' ἕτερος τῶν ἀγώνων τορνεμὲν προσαγορεύεται. ἔχει δὲ οὕτως. μερίζονται κἀνταῦθα κατὰ φυλὰς καὶ δήμους καὶ φρατρίας καὶ ὁπλίζονται πάντες ὁμοῦ. καὶ E ἀρχαιρεσιῶν γιγνομένων κλήρῳ λαγχάνουσι τὴν ἡγεμονίαν δύο τινὲς ἐξ αὐτῶν, ἑκατέρου μέρους ἑκάτερος. τούτου τοίνυν οὕτω μὲν πρότερον, νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου συναρίθμιος γίνεται καὶ ὁ βασιλεὺς τοῖς ὑφ' ἡγεμόνι τεταγμένοις, οἱῳδήτινι στρα- P. 297 τιώτῃ· καὶ συῤῥηγνυμένων κατ' ἴσον ἀριθμὸν ἀμφοτέρων τῶν τάξεων μετὰ ῥοπάλων στεῤῥῶν παίει τε καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ παίεται ἀφειδῶς. ἐπεὶ καὶ τὸν τρώσαντα, ἢ καὶ ἀποκτείναντα, συμβὰν οὑτωσί πως, κἂν τοῖς ἀγῶσιν ἀμφοτέροις, ἀνέγκλητον εἶναί σφισι νόμιμον ἦν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἀγῶνος τούτου διάλυσιν ἀπολαμβάνοντες ἑκάτερα τὰ μέρη τὸν σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα, μεθ' ὧν καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν τῶν ὑποτεταγμένων τάξιν οὐκ ἀπολιμπάνων τυγχάνει, ἄγουσι προπομπεύοντες εὐρύθμως καὶ κατὰ συζυ- B γίαν ἐκ διαστήματος, ἄχρις οὗ συμπέπτωκε καταλύειν ἑκάτερον· ἔνθα προπίνων ἐκεῖνος ἅπασιν οἴνου κρατῆρα καὶ δεξιὰν ἑκάστῳ προτείνων οἴκαδε ἀπαλλάττεσθαι πάντας κελεύει.

δ'. Τούτων τοίνυν ἐν Διδυμοτείχῳ καὶ νῦν τελεσθέντων, V. 241 ἀναλαβὼν ὁ βασιλεὺς ἱκανὴν στρατιὰν ἀκήρυκτόν τινα καὶ αἰφνί- C διον ἐξάγει πόλεμον κατὰ Βουλγάρων, πρὶν ἐκείνους αἰσθέσθαι, βουλόμενος αὖθις σφετερίσασθαι τὰ περὶ τὸν Αἶμον φρούρια,

3. Τόρνε μὲν W. 7. οὔπω coni. Boiv. 10. καθ' ὅσον W.

paruit: sed illis repulsis, ut qui degeneris sibi metus auctores essent, aequalibus suis militibus magis est obsequutus. (III.) Alterum certamen Torneamentum appellatur. Ita autem se habet. Dividuntur et hic secundum tribus, municipia, et curias, et simul omnes armantur. Deinde habitis comitiis duo ex iis duces sorte deliguntur, suae quisque parti praefuturus. In eo certamine, quod et antea usurpatum fuerat, nunc autem quotidie celebratur, Imperator ipse ex eorum numero fuit, qui duci, hoc est militi, qualiscunque is foret, obtemperarent. Cum igitur utrinque acies pari numero congrederentur, Imperator robustis clavis et feriebat et sine reverentia feriebatur. Ea enim certaminis lex est, ut qui alterum vulnerarit aut fortasse occiderit, indemnis sit. Post certaminis huius finem utraque pars, atque inter caeteros Imperator ipse inferiorem locum non deserens, ducem suum rite et composite praecedentes, bini intervallis divisi, in suum diversorium deducunt. Ubi ille cuique vini craterem propinans et dextram porrigens omnes domum redire iubet.

4. His nunc quoque Didymotichi peractis, Imperator cum iustis copiis bellum Bulgaris prius infert quam indicit, cum ii haud praesensissent, ut castella iuxta Haemum recuperaret, quae paulo ante ad Alexandrum se con-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

ὅσα πρὸ βραχέος Ἀλεξάνδρῳ προσκεχωρήκει. ἐμβαλὼν οὖν ἐς τὴν πολεμίαν ἐδῄου καὶ ἔκαε τὴν χώραν, μηδὲ τῶν ἀσταχύων φειδόμενος ἐν ἅλωνι τυγχανόντων· ἐπιπορευόμενος δὲ καὶ τὰ φρούρια, καὶ ἀπειλῶν περιστρατοπεδεύσεις καὶ πολιορκίας, παρε- D στήσατο καθ᾽ ὁμολογίαν καὶ τούτων ἔστιν ἃ, ὑποσπόνδων ἀπιόντων τῶν ἐν φρουρᾷ τεταγμένων παρ᾽ Ἀλεξάνδρῳ. (Β.) Ταῦτα πυθόμενος Ἀλέξανδρος καὶ περιαλγὴς γενόμενος διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα περὶ εἰρήνης, οὐκ ἄξιον εἶναι λέγων Χριστια- E νοῖς ἀπηνῶς οὑτωσὶ κατ᾽ ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξεῖν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀντιπαρατάττεσθαι, πολεμίων ὄντων ἀμφοῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς δίκαιον εἶναι φήσας ὑπείκειν Ῥωμαίοις τὰ πάλαι παρὰ Ῥωμαίων ἀνοικοδομηθέντα φρούρια τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἀπέπεμψε. πλείονα γὰρ P. 298 ἢ πεντεκαίδεκα φρούρια παρὰ τὰς ἀκρότητας καὶ ἀποτομὰς τοῦ Αἵμου ὁ πάππος αὐτοῦ καὶ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος, τὰ μὲν ἐκ βάθρων ἀνήγειρε, τὰ δ᾽ ἐπῳκοδόμησε διὰ τοῦ τότε ἐπιτροπεύοντος Θρᾴκην Γλαβᾶ τοῦ πρωτοστράτορος, ἵν᾽ εἶεν κώλυμα καὶ διάφραγμα τῆς συνεχοῦς τῶν Σκυθῶν διαβάσεως. (Γ.) Ταῦθ᾽ οὕτω λεχθέντα καθ᾽ ἡσυχίαν Ἀλέξανδρος ἥκιστα φέρειν δυνάμενος τὰς αὐτοῦ συναθροίζει δυνάμεις εὐθὺς ἐς ὀκτακισχιλίους τὸν B ἀριθμόν. μεταπέμπεται δὲ καὶ δισχιλίους ἐκ Σκυθῶν μισθοφόρους. ἄρας οὖν ἐκ Τερνόβου πεμπταῖος ἀφίκετο καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἀγχοῦ τοῦ φρουρίου τοῦ ἐπιλεγομένου Ῥουσοκάστρου. ἐκεῖ γὰρ εἶναι καὶ τὸν βασιλέα ἐπύθετο. ὁ δὲ βασιλεὺς κατα-

22. Τερνέβου A.

tulerant. Igitur impressione in hostilem terram facta ferro et igni agros vastat, ne desectae quidem segeti et in horrea comportatae parcens. Castella item obeundo, et obsidiones ac oppugnationes minitando, in deditionem nonnulla accepit, ex quibus praesidia Alexandri, compositione facta, discesserunt. (II.) Quibus Alexander auditis dolore affectus legatos de pace ad Imperatorem mittit. Indignum enim esse Christianis, adeo crudeliter contra sese grassari, cum pax et concordia inter ipsos constitui possit et belli acies in impios utriusque inimicos converti. Ad haec Imperator respondet, aequum esse, ut Romanis exstructa castella pareant, ac legatos re infecta dimittit. Amplius enim quindecim castella avus eius Imperator Andronicus in cacuminibus et praeruptis Haemi locis partim a fundamentis exstruxerat, partim novis operibus munierat, Protostratoris Glabae opera, qui tum provinciam Thraciam administrabat, ut crebrae Scytharum incursiones veluti perpetuo muro interiecto prohiberentur. (III.) Quae ab illo sic dicta cum Alexander aequo animo ferre minime posset, copias suas statim contrahit ad octo millium numerum, et duo millia Scytharum mercede conductorum arcessit; Ternoboque profectus quinto die ad castellum, cui Rhusocastra nomen est, pervenit, ibique castrametatur. Ibi enim etiam Imperatorem esse audierat. Qui quamvis inopinato hostium adventu perculsus,

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

πλαγῆς μὲν ἐγεγόνει πρὸς τὴν αἰφνίδιον ἔφοδον τῶν πολεμίων· τῆς δὲ περιστάσεως ἥκιστα συγχωρούσης ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ βουλεύσασθαί τι βέλτιον, ἐξῆγε καὶ αὐτὸς ὡς ἐξῆν τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν, οὐκ ἀξιόμαχον οὖσαν τοῖς ἀντιπάλοις, ἀλλὰ μόλις ἐς τρισχιλίους τὸν ἀριθμὸν ἀνιούσης, καὶ ἐς τρεῖς αὐτὴν διανείμας C τάξεις οὐ πάνυ πόῤῥω τοῦ φρουρίου προῆγεν. ἔχειν γὰρ αὐτὸ μεμελέτηκε καταφυγήν τινα πρὸς τὴν ἐπὶ πόδα ἀναχώρησιν. ἐπεὶ δὲ τοὺς πολεμίους ἐπιόντας ἑώρα τό,τε δεξιὸν καὶ λαιὸν κέρας εἰς ἐπιμήκη στίχον ἑκατέρωθεν ἐκτείναντας, τὰ δὲ βαρύτερα τῶν V. 242 ὅπλων εἰς μέσον ἔχοντας καὶ ἅμα τὸ βάθος τῆς οὐραγίας ὥσπερ D τινὰ στεῤῥὸν θεμέλιον, φοβηθεὶς τὴν κύκλωσιν μεταβουλεύεται τάχιστα καὶ πρὸς μίαν τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἤθροισε τάξιν ἀμφίστομον, ὥσπερ σεληνοειδὲς σχῆμα πεποιηκώς, ὁπότε μηνοειδὴς εἴη. (Δ.) Αὐτὸς δ᾽ ἐς μέσους περιερχόμενος ἐπεφώνει τε καὶ παρεθάῤῥυνε, „σύνετε δή," λέγων, „ὦ ἄνδρες, ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ πολεμίᾳ μαχόμεθα γῇ καὶ πόῤῥω που τῆς πατρίδος E ἀποκεκλείσμεθα· καὶ οὔτε συμμαχίδας ἔχομεν πόλεις, αἳ παραβοηθήσουσι τήμερον ἡμῖν ἐς τὸν αἰφνιδίως συμπεσόντα τουτονὶ πόλεμον, οὐθ᾽ ὁπόθεν ἂν μισθοφορικὸν μεταπεμψώμεθα στράτευμα. μαχώμεθα τοίνυν ὡς τεθνηξόμενοι τήμερον καὶ συγκαταδύειν μέλλοντες τῷ τήμερον τούτῳ ἡλίῳ. κτησώμεθα μάρτυρας τῶν ἡμετέρων ἀνδρικῶν καὶ γενναίων ἀγώνων τήν τε πολεμίαν ταυτηνὶ γῆν, ἐφ᾽ ἣν τὸν περὶ ψυχῆς σήμερον τρέχομεν ἆθλον, καὶ F τὰς τῶν ὑπολειφθησομένων πολεμίων ὄψεις. μὴ δὲ θορυβείτω

6. προῆγεν A., προῆκεν W. 12. Ῥωμαϊκὰς A., Ῥωμαίων W. 24. δὲ add. A.

tamen in media hostili terra, cum aliud consilium rerum difficultas praesens non pateretur, Romanas et ipse copias ut licet educit, hostibus minime pares, ut quae vix trium millium numerum explerent, iisque in tres acies distributis non procul a castello est progressus, quod subsidio sibi et receptui esse volebat, si cessim recedendum foret. Cum vero hostes ingruentes videret, eorumque aciem ita instructam, ut dextrum et sinistrum cornu in longissimam seriem utrinque porrigeretur, gravis armatura in medio esset, extremum autem agmen profundum et firmi cuiusdam fundamenti instar foret; veritus, ne circumveniretur, statim consilio mutato Romanas copias in unam ancipitem aciem contrahit, lunae corniculantis speciem imitatus. (IV.) Ipse in medium progressus suos inclamat et confirmat. „Cogitate," inquit, „viri, nos in peregrina et hostili pugnare terra et longe a patria exclusos; nec socias habere civitates, quae nobis ad improvisum hoc praelium opem ferant, neque unde mercenarium militem arcessamus. Quare sic pugnemus hodie, ut statim morituri et una cum hoc sole occubituri. Fortium nostrorum et generosorum laborum testes relinquamus hostilem hanc terram, in qua hodie de vita dimicamus, et hostium qui supererunt oculos. Quorum

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

τὰς ὑμετέρας καρδίας τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων· πολλὰς γὰρ ἴσμεν δυνάμεις μεγάλας ὑπὸ βραχέων ῥᾷστα κατακοπείσας. ἔστω καὶ ἡμῖν ἐλπὶς ὁμοία πρὸς τὴν ἀπόῤῥητον ἀφορῶσι φιλανθρωπίαν θεοῦ, δι' ἣν τά τε ἄλλα καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξ Ἀθηνῶν μετ' ὀλίγου στρατεύματος μικροῦ πᾶσαν ἐν τοῖς περὶ Σαλαμῖνα στενοῖς τὴν τῶν Περσῶν κατεβάπτισε δύναμιν· καὶ μετὰ τοῦτον ὁ P. 299 Θηβαῖος αὖθις Ἐπαμεινώνδας δὶς τὴν μεγίστην ἐκείνην Σπάρτης νενίκηκε δύναμιν μετὰ βραχυτέρας πολλῷ περί τε Ἁλίαρτον καὶ τόπους Λευκτρικούς· ὅτε δὴ καὶ Λύσανδρον ἀπώλεσεν ἡ Σπάρτη καὶ ξὺν ἀκοσμίᾳ φεύγοντα τὸν πολὺν ἐδέξατο Ἀγησίλαον καὶ καπνὸν ἤδη διὰ μακροῦ τεθέαται παρὰ τὸν Εὐρώταν πολέμιον." (E.) Πάντες μὲν οὖν γενναίως καὶ εὐρώστως, ὅσον ἐξῆν, καὶ παραβόλους ἀγῶνας ἀγωνιζόμενοι βαρείας καὶ ἀφειδεῖς φονευτρίας B τοῖς πολεμίοις ἐπήνεγκαν χεῖρας· μάλιστα δὲ πάντων ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνός· ὃς πολλὰ μὲν δεξάμενος πολέμια ξίφη, πολλὰς δὲ δοράτων βολὰς καὶ ὠθήσεις, αὐτὸς μὲν πλείστους τῶν πολεμίων κατήνεγκεν· ὁ δὲ μήτ' ἀσπίδα μήτε ξίφος ἀποβαλὼν ἀπαθὴς τὸν ἀγῶνα διήνυσεν, ὥσπερ κεκολλημένος καὶ ἀκλόνητα ἡδρασμένος τῇ ἐπιβάσει τοῦ ἵππου. καὶ δεύτερος μετ' αὐτὸν λαμπρῶς ἠγωνίσατο Πρωτοσέβαστος ὁ τοῦ Καίσαρος μὲν C υἱὸς, ἔγγονος δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου. οὗτός τε γὰρ πολλοῖς περιπαρεὶς βέλεσι καὶ τὸν ἵππον ὁρῶν πανταχόθεν τοῖς πολεμίοις κατακοπτόμενον ξίφεσιν, ὡς καὶ τὸν τῆς κεφαλῆς μυελὸν (ὡς εἰπεῖν) τοῖς ἔξωθεν βλέπουσι φαίνεσθαι ἤδη, νῶτα τοῖς ἐχθροῖς

20. Πρωτοσέβαστος add. A. 21. τε] δὲ W.

vos multitudo ne perturbet. Scimus enim multos magnos exercitus a parvis facillime esse caesos. Eadem et ipsi spe nitamur, ineffabilem Dei clementiam intuentes, qua tum alia, tum illud effectum est, ut Themistocles Atheniensis cum parvis copiis, in angustiis ad Salaminem, omnes fere Persarum vires demerserit; atque ut post hunc rursus Thebanus Epaminondas bis maximas Lacedaemoniorum copias ad Haliartum et ad Leuctra viribus multo inferioribus adiutus devicerit: quo tempore Lysandrum etiam Sparta amisit, et cum maximo probro magnum illum Agesilaum fugientem recepit; ac tandem, quod multis saeculis factum non erat, hostilem fumum ad Eurotam vidit." (V.) Hac oratione confirmati omnes strenue ac fortiter, quantum in ipsis erat, pugnam ineunt proiecta audacia et hostibus manus incutiunt violentissimas, parcendi videlicet nescias et in caedem effusas: in primis vero magnus Domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus ipse quidem plurimos hostes prostravit; sed neque clypeo, neque gladio amisso incolumis e praelio evasit, velut agglutinatus equi dorso et immobilis insidens. Secundus illi strenue dimicavit Protosebastus, Caesaris filius, Porphyrogeniti nepos. Nam et hic multis undique telis confixus, equo etiam ex omni parte hostilibus ensibus vulnerato, ut et cerebrum eius pateret, hostibus tergum dare no-

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

οὐκ ἠνέσχετο δοῦναι. καὶ ὁ ἵππος δ' αὖ, ὥσπερ ἀντιφιλοτιμούμενος τῷ δεσπότῃ, οὐδ' αὐτὸς πεσεῖν ἠνέσχετο πρότερον, πρὶν αὐτὸν ἐκβαλεῖν τοῦ πολέμου καὶ οἴκαδε διασῶσαι, κἀκεῖ παρὰ τὰς τοῦ δεσπότου θύρας ἐκμετρῆσαι τὸ ζῆν. (ς'.) Ἐπεί γε μὴν τέως τοὺς πολεμίους ἐθεάσαντο βιαζομένους προκαταλαμβάνειν D τὸν λόφον, ὥστε καὶ κατὰ νώτου μάχεσθαι κυκλώσαντας αὐτούς, ἀναστρέψαντες ἔφευγον προτροπάδην ἐς τὸ φρούριον. οἱ δ' ἔνδον οἰκοῦντες τήν τε ἧτταν θεασάμενοι τούτων καὶ ἅμα δεδιότες Ἀλέξανδρον ἀπέκλεισάν σφισι τὰς πύλας. βίᾳ οὖν αὐτὰς ῥήξαντες εἰσεχέοντο· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐνοικούντων ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ κατασφάξαντες δίκην πολεμίων ἠσφαλίσαντο τὸ φρού- E ριον. καὶ ἦσαν ἀσχάλλοντες καὶ πλεῖστα ἀγωνιώμενοι διὰ τὸ προφανῆ τὸν κίνδυνον ἔχειν ἐν ὀφθαλμοῖς. οὔτε γὰρ τοῖς ὑποζυγίοις χιλὸς ἦν ἐντὸς τοῦ φρουρίου, οὔτε φρέαρ, οὔτ' ἄλλη τις V. 243 ὕδατος εὐπορία· οἵ τε τραυματίαι τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἵππων ἀπρομήθευτοι λειπόμενοι, οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δ' ἐγγὺς τοῦ τεθνάναι ἐγένοντο· τάς τε πύλας ἀνοίγειν οὐ μάλα ἐνῆν, περιστρατοπεδευόντων κατὰ πλήθη τῶν πολεμίων· τά τε Ῥω- F μαίων ἀπῴκιστο ὅρια· διακυβεύσαντάς τε τὸν κίνδυνον οἴχεσθαι λάθρα πρὸς συμμαχίδα πόλιν ἐγγίζουσαν καὶ παράλιον ἀπέγνωστό σφισι καὶ τοῦτο. ἥ γὰρ πόλις Ἀγχίαλος πολεμία ἦν, ἥ τε Μεσημβρία καλουμένη τὴν ἧτταν εὐθὺς ἀκηκουῖα Ῥωμαίων μετέθετο καὶ τὴν ἐκεῖσε Ῥωμαίων φρουρὰν ἀποσφάξασα ἔῤῥιψεν ἐκ τοῦ τείχους, ὁπόση μὴ ἔφθη φυγοῦσα. ὃ δὴ πεποιήκεσαν καὶ

1. δ' αὖ A., δὲ αὖ W. 10. ἐκβαλόντες A., ἐκβάλλοντες W. 12. ἀγωνιώμενοι A., ἀνιώμενοι W. 17. ἐγίγνοντο W.

luit. Equus item eius, veluti cum sessore de gloria certans, non prius cadere sustinuit, quam eum e pugna extulisset et domum incolumem reportasset. Ibi demum ante domini fores exspiravit. (VI.) Sed cum hostem cernerent in id totis viribus incumbere, ut prior tumulum occuparet, atque adeo hisce circumdatis a tergo etiam instaret, effusa fuga retro se in castellum receperunt. Qui vero in eo habitabant, cum et hos victos esse cernerent, et simul Alexandrum timerent, portas illis occluserunt. Iis igitur vi effractis introruperunt, et habitatoribus partim pulsis, partim hostium loco occisis, castellum munierunt. In quo valde tristes et anxii erant, propterea quod eorum oculis periculum praesens obversabatur. Neque enim pabulum iumentis intus suppetebat, neque puteus, nec aquae ulla copia: et vulnerati milites atque equi neglecti partim interibant, partim interitui proximi erant; et vix licebat portas aperire, multitudine hostium circumdatas; et procul Romanorum fines aberant; ac ne spes quidem suberat, tentata fortuna, clam ad finitimam urbem sociam eamque maritimam evadendi. Nam Anchialus hostilis erat; et Mesembria Romanorum clade audita statim defecerat, et praesidiis Romanis caesis omnes eos, qui fuga salutem non quaesierant, e moenibus deiecerat. Idem caetera ad Haemum castella fecerant omnia. Nec

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris. P. 300

ὁπόσα περὶ τὸν Αἷμον φρούρια πάντα· θαῤῥεῖν τε οὐκ εἶχον διαπρεσβεύεσθαι περὶ ἐλευθερίας καὶ λύτρων πρὸς Ἀλέξανδρον. οὐ γὰρ ὑπελείποντό τινα συγγνώμης ἀφορμὴν ἐκ τῶν φθασάντων. τήν τε γὰρ ἐκείνου περὶ εἰρήνης πρεσβείαν θρασέως τε καὶ ἀκόσμως ἀπέπεμψαν τούς τε τῶν Βουλγάρων ἀγροὺς μετὰ τῶν ἀσταχύων πυρὶ παρέδοσαν· καὶ πρός γε τοῖς τὰ φρούρια οἰκοῦσιν οὐ B καλῶς ἐχρήσαντο λαβόντες. (Ζ.) Διὸ πανταχόθεν στενόν τε καὶ ἄπορον τῷ βασιλεῖ τὸ πρᾶγμα ἐγίγνετο. τό γε μὴν εἰς θεὸν ἀῤῥαγεστάτην ἔχειν ἐλπίδα, τοῦτο δ᾽ οὐκ ἀπέγνωστό οἱ οὔτ᾽ ἐν ταῖς πρότερον περιστάσεσιν, οὔτε μὴν ἐν τῇ παρούσῃ, καίτοι τὸ συνειδὸς οὐκ ἀνέλεγκτον ἔχων διά τε τὴν παραλύπησιν, ἣν τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ ἐν τῷ γήρᾳ ἐπήνεγκε, καὶ αὖ δι᾽ ὅσα νεότης μετ᾽ ἐξουσίας ὡς τὰ πολλὰ φιλεῖ διαπράττεσθαι· ὅμως ἰχθύδιά C τινα βραχέα τὰ τοιαῦτα ἐνόμιζεν ἁμαρτήματα ἐς τὸ μέγα πέλαγος βυθιζόμενα τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. διὸ καὶ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις περιστάσεσι καὶ τὴν ἀπαράμιλλον ταύτην παραδόξως ἀπεκρούσατο, ἀποῤῥήτῳ προμηθείᾳ τοῦ πάντα φιλανθρώπως οἰκονομοῦντος θεοῦ. οἴκοθεν γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ἐς τὴν ὑστεραίαν εἰς οἶκτον ἰὼν καὶ συμπάθειαν, πέμψας τῷ βασιλεῖ δεξιὰν, ἀφῆκεν ὑπόσπονδον οἴκαδε πορεύεσθαι ξύν γε τῷ στρατοπέδῳ, παραγ-D γείλας μετριώτερον εἶναι τοῦ λοιποῦ. „εἷς γὰρ," φησὶν, „ἐνιαυτὸς τέσσαρας ὥρας φέρει καὶ μία καιροῦ ῥοπὴ πολλὰς πραγμάτων μεταβολάς." ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ παρὸν ἐτελεύτα θέρος.

E ε΄. Ὁ δέ γε Συργιάννης, ὕποπτος ὢν καὶ πρότερον τοῖς ἄρχουσι διὰ τοὺς ὅρκους, οὓς ἀπῄτησε παρὰ τῶν Θεσσαλονικέων,

de libertate et redimendis captivis legatos ad Alexandrum mittere audebant, cum ita se gessissent, ut nulla veniae spes relinqueretur. Nam et eius legatos confidenter deriserant ac per ignominiam dimiserant, et Bulgarorum agros cum segetibus incenderant, et captorum castellorum habitatores male tractarant. (VII.) Itaque ab omni parte inops consilii aestuabat Imperator. Tamen firma in Deum fiducia nec in prioribus periculis nec in praesenti discrimine eum destituit; quamvis conscientia eius non omnis expers esset maculae, tum propter avum Imperatorem extrema aetate contristatum; tum ob ea, quae iuvenilis licentia cum imperio coniuncta plerumque solet designare. Verum ille huiusmodi peccata tanquam minutos pisciculos magnum divinae misericordiae pelagus subeuntes iudicabat. Proinde et hoc summum discrimen non minus quam caetera mirabiliter evasit, arcana Dei cuncta clementer gubernantis providentia. Nam Alexander postridie ultro illius misertus et humanitatis sensu quodam instinctus pacem illi obtulit et cum exercitu domum redire, facta compositione, passus est, hortatus, ut moderatior esset in posterum. Unius enim anni quatuor esse tempora, et paulo momento maximas incidere rerum mutationes. Interea illa quoque aestas exacta est.

5. Syrgiannes autem, prius etiam ob adactes sacramento Thessaloni-

εἰσποιηθεὶς τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως δεσποίνῃ, ὁπότε τὰς τοῦ βα- A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.
σιλέως ἐπεβόσκετο φρένας ἡ ἀπηγορευμένη νόσος ἐκείνη περὶ τὸ
Διδυμότειχον, νῦν ἤδη καὶ πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Τζαμπλάκωνος
προτεινόμενα καθοσιώσεως ἐγκλήματα εἰς Βυζάντιον ἀπολογησό-
μενος ἥκει μετάπεμπτος τῷ βασιλεῖ· καὶ κριθεὶς ὑπὸ πᾶσι κρι-
ταῖς δὶς καὶ τρὶς οὐ καθαρῶς ἁλῶναι τοῖς ἐλέγχοις ἠδύνατο, ὥστ'
ἤδη καὶ πρὸς τῶν πλειόνων ἠθῳοῦτο κριτῶν. μετεώρου δ' ἔτι P. 301
τῆς δίκης οὔσης ᾔτησεν ὁ βασιλεὺς ἐγγυητὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ φυγεῖν V. 244
αὐτὸν λαθόντα, πρὶν ἂν τελεία γένηται ἡ περὶ αὐτοῦ τοῖς ὅλοις
κριταῖς ἀπόφανσις. ὃ δὴ πολὺν ἐνέσπειρε τὸν φόβον καὶ τὴν τῆς
εἱρκτῆς ὑποψίαν ἐς τὴν τούτου ψυχήν· καὶ ἐς ἀνάμνησιν ἤρχετο
αὖθις τῶν προτέρων ἐκείνων καὶ ἀπαραμυθήτων δεσμῶν, ὧν
τὰ ἴχνη περὶ τὴν καρδίαν ἔτι κείμενα ἦσαν ἐναργῶς. ἐπεὶ δὲ καὶ
ὀκνηροτέρους ἔβλεπε τοὺς ἐγγυησομένους, συχνοτέροις καὶ δριμυ- B
τέροις ἐπολιορκεῖτο μᾶλλον τοῖς φόβοις. διὸ καὶ ἀναγκασθεὶς
ᾤχετο λάθρα φυγὼν καὶ πλεῖστα ζητούμενος εὐθὺς οὐχ εὑρέθη.
(B.) Μετὰ δ' ἐνιαυτὸν ἔστειλεν ἐξ Εὐβοίας γράμματα τῷ βασι-
λεῖ, δεόμενος δοθῆναί οἱ συμπάθειαν καὶ χῶρόν τινα πρὸς οἴ-
κησιν ἅμα γυναικί τε καὶ τέκνοις περί που τὰς ἐσχατιὰς τῶν
κατὰ Μακεδονίαν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων. βασκαίνειν γὰρ ἔφασκεν αὐ- C
τῷ τοὺς περὶ τὸν βασιλέα· καὶ διὰ τοῦτο πόῤῥω που τῶν τοιού-
των διατρίβειν ἐθέλειν, δέει τοῦ δόλῳ διαφθαρῆναι. καὶ ὅρκους
ἐπὶ τούτοις ἦν ἐπιφέρων τοῦ μὴ κακὸς φανῆναι πώποτε τῷ βα-

6. ἠδύνατο A., ἐδύν. W. 20. Pro ἔφαμεν Boiv. corr. ἔφασκεν. αὐτῷ] αὐτὸν A.

*torem conspirant. Mitylenen proditione capiunt. Catanes Genuita, dux Phocaeensium, eam sibi vindicat; navium numero sociis superior. Uxorem et liberos Phocaea arcessit. Quonam iure huic urbi praefuerit. Genuenses Galataei insolescunt. Eorum opulentia unde creverit. Variis artibus castellum suum amplificant ac muniunt. Imperator munitiones eorum incendit. Eosdem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad maiora intentus. Galataei in summas angustias redacti ferociam exuunt. Pacem impetrant. Imperator Mitylenen proficiscitur. Naves quinque hostiles comprehendit et Chium perducit. Interim Catanes Mitylenen munit. Romani adiunctis sibi Turcis Phocaeam obsident* (Cap. 1). *Absente Imperatore factiosi quidam res novas in Urbe moliuntur. Eorum conatus compressi Cantacuzenae et Imperatoris prudentia. Latini Phocaeenses, longa obsidione fracti, Rhodiorum interventu pacem impetrant. Pacis conditiones. Imperator Byzantium redit cum omni classe. Quaestionem habet de coniuratis. Eos pro concione convincit. Eius clementia. Orationis exordio lacrymas elicit. In Demetrium Despotam inquiri vetat, Cralaenae amitae reverentia adductus, item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus. Solos Asanis filios in custodiam includit, eamque minime duram. Alexius Philanthropenus Lesbum missus Mitylenen astu recuperat. Eius viri elogium* (2). *Scythae praedabundi Thraciam pervadunt. Turcos praedones opprimunt. Diebus quinquaginta continuis Romanos fines vastant. Captivorum ingens numerus. Causa incursionis. Eam cladem eclipses duae praecesserunt. Basilio Trapezuntis principi uxor datur Eudocia, filia Imperatoris notha. Ioannes Aetoliae et Acarnaniae princeps, caeso fratre, rerum potitus, veneno tollitur ab uxore. Crimina iuratis iudicibus obiecta. Unus absolvitur. Poenae ceteris irrogatae* (3). *Turci Chersonesum et Thraciam incursant. Caesi lectissimi. Reliqui pace impetrata domum redeunt. Imperator Byzantium reversus ire in Aetoliam parat, oblatum principatum accepturus. Nuncius affertur de futura postridie in Thraciam gravi Turcorum impressione. Orchanis Turci spes et consilia. Romani sexaginta, Cantacuzeno duce, praedatoribus occurrunt. Ipse Imperator cum tribus navibus hostilem classem invadit. Ingens barbarorum strages. Ex Romanis ne unus quidem desideratus. Captae hostium naves quatuordecim. Deus tantae victoriae auctor. Imperator postridie ad fretum Hieri progressus hostes avectos comperit. Stadiorum quadraginta quinque iter noctu pedibus emensus Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias* (4). *Cometa apparet; qua forma; eius ortus; progressus; interitus. Scythissae erga Thracem et Threissam, quos captivos redemerat, summa aequitas. Iustum Dei iudicium* (5). *Imperator, Epirum invasurus, Illyriam vastat. Turcos auxiliares praeda onustos dimittit. Epiri principatu potitur. Nicomedia amissa. Thracia incursionibus Turcicis vexata. Princeps Epiri fuga elabitur. Eius mater Thessalonicae subsistit. Theodorus Synadenus, Epiro praefectus, principi reverso vinctus traditur* (6). *Imperatoris filia impubes Alexandri Mysi filio nuptum datur. Pax eo pignore firmata. Partus monstrosus. Triennis puer robore virili; anno aetatis quinto moritur. Mortis causa physice explicata. Genuenses, optimatibus Urbe exactis, unum sibi Ducem more Venetorum praeficiunt. Cometa ei qui triennio ante apparuerat similis vultu, at motu diversus. Turci Thraciam vastant. Diu immorantur, nemine obsistente* (7). *Basilius princeps Trapezuntiorum obit. Uxor Irene praelatam sibi cognominem meretricem indignata, adeoque clandestini facinoris suspecta, viro mortuo pellicem foras eiicit. Legatis ad patrem Andronicum semel et iterum missis alium sibi maritum petit. Imperatoris absentia; morbus; in Epirum profectio, atque utriusque legationis morae. Rumor de Irenes cum magno Trapezuntis Domestico consuetu-*

*dine bellum civile excitat apud Trapezuntios. Tzanychites et alii multi interempti (8). Acarnaniae urbs primaria obsidetur ab Imperatore, cui Cantacuzenus egregiam operam navat, vir magnae indolis apud milites gratiosissimus. Res eo tempore diversis locis eius prudentia administratae. Coniurati oppressi. Deprehensa Sphrantzis Palaeologi perfidia. Mors istius. Phocaeam Romani recuperant. Epirus imperio adiecta. Epiri princeps Thessalonicam abductus. Cantacuzenus ipso silentio magnas res gerit. Imperator Byzantium venit, infirma admodum valetudine. Medicis undecumque accitis, suo arbitratu vivit. Morbo ingravescente Deiparae Hodegetriae templum petit (9). Barlaamus advena Italus, non tam Graece quam Latine eruditus; Byzantinos contemnit. Aliis obtrectando gloriam sibi quaerit. Traducitur et exsibilatur. Gregoras ea de re dialogum scripsit. Dialogi titulus et initium. Fictorum nominum explicatio. Idem Barlaamus monachos Graecos oppugnat. Palamam, pro iis propugnantem, haereseos et blasphemiae accusat. Convocata synodo disputatur de sola precatione. Aliarum quaestionum tractatio vel consulto omissa, vel dilata. Imperator egregiam orationem habet. Gregoram absentem desiderat. Causae absentiae. Barlaamus victus ad suos et ad patria instituta revertitur (10). Imperator, morbo ingravescente, monasterium Hodegetriae denuo ingreditur. In lethargum incidit. Aegre expergefactus medicos arcessit. Ad Gregoram mittit qui interrogent, an castra amica sint. Moritur. Quo anno mundi; quo die. Vitae et Imperii tempus. Lamentandi munus Gregorae impositum. Monodia ab eo recitata. Mores et ingenium principis defuncti. Romanorum Imperatorum instituta neglexit. Aves et canes aluit maximis sumptibus: quem morem Cantacuzenus eo mortuo abolevit. Deo fretus pericula contempsit. Dignitati suae non satis consuluit. Triclinii Imperatorii suggestus eo imperante omnibus patuit. Pileorum et vestium discrimina sustulit. Haec et alia imminentem Imperii ruinam portendere credita (11).*

---

α'. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους οἱ Τοῦρκοι πλεῖστα ναυπηγησάμενοι πλοῖα οὐ μόνον τὰς νήσους κακῶς διετίθεσαν τάς τε κατὰ τὸν Αἰγαῖον καὶ μετὰ τὸν Αἰγαῖον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπ' ἐμπορίᾳ ἐξιούσας ὁλκάδας αἱροῦντες ἐληΐζοντο· συχνὰς δὲ καὶ τὰς ἀποβάσεις ἐς τὴν μεσόγειον ἐποιοῦντο, καθάπερ ἐν φιλίᾳ γῇ, μηδένα τὸν προσιστάμενον ἔχοντες. ἃ δὴ κοινήν τε ἐπῆγε φθορὰν Λατίνοις ὁμοῦ καὶ Ῥωμαίοις καὶ ἔτι μείζονα ἠπείλει τὸν φόβον ἐν τοῖς ἑξῆς. (B.) Κοινολογοῦνται τοίνυν συνελθόντες οἱ τῶν Λατίνων ἄρχοντες περὶ τοῦ πράγματος πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς Κάρουλον τὸν τῆς Ἰταλίας ῥῆγα καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν πολεμίων παρα- B

A. M. 6836 ad 6849 A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris. P. 321 V. 260 A. C. 1335

1. Anno sequente Turci, plurimis navibus aedificatis, non insulas tantum vexarunt in Aegaeo et ultra Aegaeum mare sitas, sed mercatorias etiam naves captas spoliarunt, et crebros excensus in mediterranea fecerunt, non secus ac si in sua terra versarentur, obsistente nemine. Quae res Latinis aeque ac Romanis exitio erant, et graviora etiam in posterum pericula minabantur. (II.) Latinorum itaque principes conveniunt, ac de ea re inter sese et cum Carolo Italiae rege communicant; seque ad propulsandum ho-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

σκευάζεσθαι ἐπαγγέλλονται. πέμπουσι δὲ καὶ πρὸς βασιλέα πρε-
σβείαν, διασαφοῦντές τε τὴν κοινὴν τῶν Λατίνων ὁρμὴν καὶ ἅμα
ἀξιοῦντες διαναστῆναι καὶ αὐτὸν ἐς τὴν κοινὴν χρείαν καὶ μὴ ἐν
παρέργῳ θεῖναι τὰ τῆς σπουδῆς. οὐ γὰρ ἀνεκτὰ ἔφασκον εἶναι,
C ὅσα Ῥωμαίοις ἐπάγουσι καὶ Λατίνοις οἱ βάρβαροι καθ' ἡμέραν
δεινὰ, καὶ ὅσα ἐπάξειν ἔτι ἐπαγγέλλονται. ἄτοπον δὲ καὶ ἄλλως
καὶ νωθροτάτης πάντη διανοίας καὶ γνώμης, παρὸν τῇ καθ' ἕκα-
στον ἔτος γινομένῃ ζημίᾳ καὶ παραπομπῇ τῶν ἡμετέρων χρημά-
των πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀκόντων ἡμῶν ἐς παρασκευὴν ναυτι-
P. 322 κῆς δυνάμεως καὶ ἄμυναν κατ' αὐτῶν χρήσασθαι, ἔπειτα ἑκόν-
τας ἐνδιδόναι καὶ ἐς προφανῆ καὶ ἀναμφισβήτητον κίνδυνον ὥσπερ
συνωθεῖν μετὰ τῶν ἡμετέρων καὶ ἡμᾶς αὐτούς. ἐπήνεγκαν δὲ τῇ
πρεσβείᾳ καὶ ὥσπερ τινὰ ἐπῳδὸν, ὡς εἰ μὴ διανασταίης καὶ σὺ
μεθ' ἡμῶν ἐς ἄμυναν τῶν κοινῶν πολεμίων, οὐκ ἂν φθάνοις καὶ
V. 261 αὐτὸς ὑφ' ἡμῶν ἴσα τοῖς ἐχθροῖς πολεμούμενος. (Γ.) Ταῦτα
B τὸν βασιλέα ἠνάγκασεν εἰς τὴν κοινὴν καὶ αὐτὸν ταύτην χρείαν
διαναστῆναι. καὶ ἐπεὶ χρημάτων ἐσπάνιζε τὰ βασιλικὰ ταμιεῖα,
πέμπει τὴν ταχίστην τοὺς τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ χώρας
καὶ πόλεις ἀργυρολογήσοντας, καὶ ταῦτα πολλὰ πεπονηκυίας ὑπό
τε τῶν ἄλλοτε ἄλλως ἐπιόντων φόρων καὶ ὑπὸ τῶν συχνῶν ἐφό-
δων ἔνθεν μὲν τῶν Τούρκων, ἐκεῖθεν δὲ τῶν Βουλγάρων. τού-
των οὕτως ἐχόντων τάς τε παλαιὰς ἐπεσκεύαζον ναῦς καὶ ἑτέρας
ἐξ αὐτῶν ἤδη κρηπίδων ἐναυπηγοῦντο παρ' ὅλον τουτονὶ τὸν
A. C. 1336 χειμῶνα. ἔαρος δὲ ἤδη λήγοντος ὁ μὲν βασιλεὺς εἴκοσι ναῦς πε-

21. ἐκεῖθεν A., ἔνθεν W.

stem paratos fore pollicentur. Missis etiam ad Imperatorem legatis consensum et ardorem Latinorum ei declarant, hortanturque, ne communibus periculis desit, et ut serio ac sedulo in rem gerendam incumbat. Intolerabilia enim esse quae Turci Latinis et Romanis detrimenta in dies inferant et in posterum inferre destinent. Ad haec absurdum ac ignavissimi esse ingenii et animi, cum liceret ea iactura et translatione opum nostrarum, quibus quotannis inviti a barbaris spoliemur, ad navalium copiarum apparatum et propulsationem hostium uti, ultro cedere illis, et in evidens atque indubitatum discrimen nos ipsos una cum facultatibus nostris ultro praecipitare. Legationi illud etiam conclusionis vice adiecerunt: ni expergisceretur et una secum communes hostes oppugnaret, et ipsum hostis loco futurum. (III.) Ita Imperator, communis illius belli socius esse coactus, cum fiscus Imperatorius pecuniae inopia laboraret, tributorum exactores in Thraciam et Macedoniam statim misit; quamvis illius tractus urbes ac provinciae multum iam vexatae erant, tum exactionibus alias aliis, tum incursionibus crebris hinc Turcorum, illinc Bulgarorum. Interea et veteres naves reficiuntur, et aliae novae per totam hanc hiemem a fundamentis exstruuntur. Sub veris exitum Impera-

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

πληρωκὼς πρὸς ἔκπλουν παρεσκευάζετο, ναύαρχος ἐθελοντὴς αὐ-
τὸς τοῦ στόλου γιγνόμενος, καὶ ταῦτα πρὸς τῆς συζύγου δεσποί-
νης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κωλυόμενος, διὰ τὸ μὴ ἐς ἀξίαν
βασιλικῆς περιωπῆς τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀνήκειν. ὁ δ' ὥσπερ
ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτουργὸς αὐτὸς τῶν γιγνομένων ἐφιλοτιμεῖτο γί- C
γνεσθαι, οὕτω κἀνταῦθα πολὺ τὸ φιλότιμον ἔσχε καὶ πλήρης ἦν
πολεμικῆς ὁρμῆς. ἐκάθητο δὲ ὅμως καὶ τὴν τῶν Λατινικῶν δυ- D
νάμεων ἄφιξιν περιμένων. ἀλλὰ περὶ τοὺς νεωστὶ φύντας ἐν
σφίσιν αὐτοῖς θορύβους καὶ ταραχὰς οἱ Λατῖνοι ἀσχοληθέντες
ἄπρακτοι καὶ ψευδεῖς περὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐφάνησαν. (Δ.) Οἱ
δὲ Ῥόδιοι καὶ οἱ τὴν παράλιον Φώκαιαν οἰκοῦντες, ἣ πλησίον κεῖ-
ται τῆς Σμύρνης, καὶ πρὸς τούτοις ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγε-
μονεύων, δόλῳ μεταθέμενοι τὸν σκοπὸν, σύνθημα ἔσχον λάθρα
ἐπιθέσθαι ταῖς τε Ῥωμαϊκαῖς νήσοις καὶ αὐταῖς ταῖς τοῦ βασιλέως E
ναυτικαῖς δυνάμεσι· δείσαντες ἴσως, μὴ ὁ βασιλεὺς τῶν ἄλλων
ἀφέμενος ἐπ' αὐτοὺς τρέψηται. ὅθεν ἐπὶ Λέσβον ὁρμήσαντες
ἅμα ναυσὶ πεντεκαίδεκα τῆς μὲν ἄλλης νήσου κύριοι γενέσθαι
τέως οὐκ ἠδυνήθησαν· αὐτοὶ δὲ τῷ λιμένι τῆς Μιτυλήνης ἐξαί-
φνης προσχόντες προδοσίᾳ τὴν πόλιν εἷλον εὐθύς. (Ε.) Βουλο-
μένων δὲ τῶν τε Ῥοδίων καὶ τοῦ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμόνος F
τά τε χρήματα διαρπάσαι καὶ τὴν ἄλλην ἐπίσης ἐπικράτειαν δια-
νείμασθαι τῶν Λεσβίων, δόλῳ τινὶ καὶ ἀπάτῃ χρησάμενος ὁ τῶν
Φωκαέων ἀρχηγὸς Κατάνης οἰκείαν τε φρουρὰν εἰσήγαγεν εἰς
τὴν Μιτυλήνην καὶ ταύτην ἐσφετερίσατο, τούτους παρακρουσά-
μενος. ἐνόμισε γὰρ ῥᾳδίως ἐκεῖθεν καὶ ὅλης ἄνευ συμμάχων τῆς

12. μεταθέμενοι A., μεταθέμενον W. 15. ἀφέμενος A., ἀφιέμενος W.

tor viginti navibus completis parat se ad profectionem, et ipse ultro classis praefectum agit; idque Imperatrice uxore et caeteris omnibus prohibentibus, quod istiusmodi res ab Imperatoria maiestate alienae essent. At ille, ut caetera, ita hanc quoque rem sua praesentia et opera confici volebat, alacritate et bellico impetu plenus. Latinarum tamen copiarum adventum exspectabat. Verum illi nuper inter ipsos ortis tumultibus occupati spem eius fefellerunt, ac nihil eorum quae promiserant exsequuti sunt. (IV.) Rhodii vero et maritimae Phocaeae habitatores, quae urbs prope Smyrnam sita est, ac praeterea Cycladum insularum princeps, consilio fraude mutato pepigerant, se Romanas insulas et ipsas Imperatoris copias clam adorturos: veriti fortasse, ne hic aliis omissis arma in ipsos converteret. Itaque cum navibus quindecim Lesbum profecti reliqua quidem insula potiri illico non potuerunt; sed Mitylenes portum derepente ingressi urbem proditione statim ceperunt. (V.) Cum autem Rhodii et Cycladum insularum princeps opes diripere et reliquam pariter Lesbiorum ditionem partiri vellent: Phocaeorum ductor Catanes dolo ac fraude usus suum praesidium in urbem introduxit, illisque deceptis eam sibi vindicavit. Inde enim totius insulae vel

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

νήσου κρατήσειν, ἅτε πλείονα συναμφοτέρων ἐκείνων μόνος αὐ-
τὸς κεκτημένος δύναμιν. ὀκτὼ μὲν γὰρ ἦλθεν ἔχων τριήρεις μόνος
αὐτός, ἃς ἐκ Γεννούας ἔφθη πεπληρωκώς· οἱ δὲ Ῥόδιοι τέττα-
ρας· τὰς δ' ἑτέρας τρεῖς ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός. αὐ-
P. 323 τὸς μὲν οὖν τοὺς μὲν τῆς Μιτυλήνης οἰκήτορας εὐθὺς ἐξῴκισε τῆς
πατρίδος· ὁ δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα μεταπεμψάμενος ἐκ
Φωκαίας ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ἔχειν εἵλετο, φρουρὰν ἱκανὴν ἐγκατα-
λιπὼν τῇ Φωκαίᾳ. κλῆρος δ' αὐτῷ περιελθὼν ἦν ἀπὸ προγόνων
ἡ Φώκαια, πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ πάππου τοῦ βασιλέως σφίσι
δοθεῖσα ἐπιτροπῆς τε εἵνεκα καὶ χρημάτων τινὸς πορισμοῦ. διὸ
B καὶ κατὰ χρόνους τακτοὺς οἱ τὴν ταύτης ἐφορείαν διαδεχόμενοι
γράμμασι βασιλικοῖς ἀνανεοῦντες ἀεὶ διετέλουν τὴν δόσιν τοῦ κλή-
ρου, μὴ λάθῃ παρακρουσαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἡ με-
ταξὺ τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος. ὁ δὲ Κατάνης οὗτος, νοσοῦν-
τα ἑωρακὼς ἤδη τὰ Ῥωμαίων πράγματα, θρασύτερον διετέθη
πρὸς βασιλέα καὶ ἠμέλει τῶν καθηκόντων δικαίων. ὅθεν καὶ τὴν
τοῦ βασιλέως ὑφορώμενος αἰφνίδιον ἔφοδον ἑαυτόν τε κατὰ πᾶν
C τὸ δυνατὸν ἠσφαλίζετο καὶ τὴν τῆς Μιτυλήνης ἐμελέτα ἐπιβου-
λήν. καιροῦ δὲ ἤδη λαβόμενος εἰς πέρας καὶ τὴν ἐπιβουλὴν
ἐξέῤῥηξεν. οἱ μέντοι συνδεδραμηκότες ἐπὶ τὴν τῆς Μιτυλήνης
ἅλωσιν Ῥόδιοι μετὰ τῶν ἑτέρων τὴν τοῦ Φωκαέως Κατάνη μο-
χθηρίαν τῆς γνώμης κατεγνωκότες ἐς τὰ οἴκοι ἀνεχώρησαν.
V. 262 (ϛ'.) Τούτων οὕτως ἐχόντων τοῦ πρότερον πλεῖον ἀναλαβόν-
D τες θράσος οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου οἰκοῦντες Γεννουῗται διὰ τὸ τοῦ

10. **τε** add. A. 11. **τὴν** add. A. 14. **οὗτος** om. A. 21. **Ῥόδιοι** add. A.

sine sociis se facile potiturum esse putabat; quippe qui solus utrisque illis simul iunctis superior viribus foret. Is enim solus octo triremes adduxerat, quas Genuae compleverat: Rhodii vero quatuor: reliquas tres Cycladum insularum princeps. Ac Mitylenaeos quidem cives statim urbe exegit; et uxore ac liberis Phocaea arcessitis, ibi considere decrevit, iusto praesidio Phocaeae relicto. Erat autem Phocaea patrimonium eius, transmissum videlicet a maioribus, qui eam urbem ab Imperatore eodemque avo Imperatoris acceperant, procurationis et alicuius pecuniarii reditus gratia. Quamobrem certis temporibus qui in eius loci praefecturam aliis succedebant, factam olim donationem novis Imperatoris litteris perpetuo renovabant, ne longo temporis spatio exclusus Imperator dominio imprudens excideret. Catanes autem iste, cum iam Romanam rem afflictam cerneret, insolentius erga Imperatorem se gessit, officiumque neglexit. Unde Imperatoris subitam impressionem veritus saluti suae qua potuit omni modo consuluit, et Mitylenen per insidias occupare instituit: idque data occasione perfecit. Caeterum Rhodii, et alii qui ad invadendam Mitylenen concurrerant, improbitatem Phocaeensis Catanis exosi domum recesserunt. (VI.) Hoc rerum statu Genuenses, qui Galatam tenebant, cum antea audaces, tum illo Ca-

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

Κατάνη προτέρημα (Γεννουΐτης γὰρ κἀκεῖνος ἐτύγχανε) πλείονα τῶν προτέρων ἐπῆγον καὶ προσετίθεσαν τοῖς Ῥωμαίοις τὰ ἀδικήματα καὶ τὰς ὕβρεις. διὰ γὰρ τὴν ἀτέλειαν, ἣν παρὰ πρώτου Παλαιολόγου Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως εἰλήφεσαν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, τὸ πλεῖον τοῦ τῶν Ῥωμαίων ναυτικοῦ προστιθέμενον ἐκείνοις καὶ μετασχηματιζόμενον ἐς μέγα μὲν τὸν Λατινικὸν ηὔξησε πλοῦτον, μέγα δ' ἠλάττωσε τὸν Ῥωμαϊκόν. ὃ δὴ καὶ σκλη- E ροτέρους κατὰ Ῥωμαίων αὐτοὺς ὑπερφρονάς τε καὶ αὐθάδεις ἐπεποιήκει. ὅθεν τήν τε περὶ αὐτοὺς τάφρον βαθυτέραν ἐποίουν καὶ πύργους ὀχυροὺς κατὰ τὸ λεληθὸς ἐν σχήμασιν οἰκιῶν ἀνίστων· καὶ ἐπὶ τούτοις, χρήμασιν ὑποφθείροντες τοὺς τῶν βασιλικῶν προεστηκότας πραγμάτων, ἄδειαν πᾶσαν εἰλήφεσαν, ἀμπελῶνάς τε ὠνεῖσθαι καὶ οἰκίας ἀνιστᾶν ἐπὶ τοῦ πλησιάζοντος λόφου λαμπροῖς πεπυργωμένας τοῖς τείχεσιν· ὡς καὶ δεῆσαν πολεμεῖν F Βυζαντίοις, μηδὲν εἶναι τὸ φόβον ἐπάγον καὶ κώλυμα τούτοις. (Ζ.) Ἐπεὶ δ' ἀρτίως ὁ βασιλεὺς τήν τε τῆς Μιτυλήνης ἐπύθετο ἅλωσιν καὶ τούτους αὖ ἐγγύθεν πέρα τοῦ δέοντος ἑώρα θρασυνομένους καὶ ἐς τὰ πλεῖστα παρασπονδοῦντας, περιελθὼν αἰφνιδίως ἐνέπρησε τὰς περὶ τὸν λόφον μεγάλας καὶ ὀχυρὰς ἐκείνας οἰκίας αὐτῶν· ἐν αἷς πολλά τε εὕρηται ὅπλα καὶ τόξα καὶ βέλη P. 324 καὶ διάφορα. ταῦτα παρὰ προσδοκίαν ἰδοῦσι τοῖς Λατίνοις κατεπτηχέναι καὶ ἐκπεπλῆχθαι ἐπῄει καὶ δεδιέναι τὰ ἔσχατα. ἤλπισαν γὰρ αὐθημερὸν ἐπεισπεσεῖσθαι καί σφισι τὸν βασιλέα ὁλο-

6. **ναυτικὸν** W. pro **Λατινικόν**. 21. **καὶ** om. A.

tanis successu audaciores facti (nam et is Genuensis erat), pluribus maioribusque iniuriis et contumeliis Romanos onerabant. Nam propter immunitatem, quam primum a Michaële Palaeologo impetraverant, ut supra diximus, maxima pars Romanae classis ad illos se contulerat, eorumque habitum assumpserat. Unde Latinorum opes auctae, Romanorum vero imminutae sunt. Quae sane res eos asperiores contra Romanos atque etiam superbos et contumaces effecit. Proinde et fossam circumductam profundiorem fecerunt, et firmas turres clanculum per speciem aedium exstruxerunt. Tum iidem largitione corruptis iis, qui Imperii administrationi praeerant, omnem licentiam nacti sunt et vineas emendi, et aedes in vicino colle splendidis muris ac velut propugnaculis munitas aedificandi; adeo ut si bellum cum Byzantiis gerendum esset, nihil esset, quod eos aut terreret, aut impediret. (VII.) Imperator autem, cum primum Mitylenen esse captam audisset, et hos in vicinia plus satis insolescere cerneret et pacta conventa pleraque violare; iis subito circumventis magnas illas et munitas aedes in colle exstructas incendit: in quibus multi arcus, multa tela et arma, eaque diversi generis, reperta sunt. Quae cum Latini praeter exspectationem viderent, pavere ac trepidare et extrema timere coeperunt. Putabant enim, Imperatorem eodem die cum navalibus copiis solito maioribus in se ipsos

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

σχερῶς, πολλῆς περιεστηκυίας εἴπερ ποτὲ ναυτικῆς δυνάμεως. διὸ καὶ λάθρα ὡπλίζοντο καθ' αὐτούς. ἐπεὶ δ' ἄχρι τῆς ὑστεραίας περιμείναντες οὐδὲν πλέον διαπραττόμενον τὸν βασιλέα ἑώρων ἐπ' αὐτούς, ἀλλ' ὅλον ἠσχολημένον περὶ τὸν ἐς Μιτυλή-
B νην ἀπόπλουν, ἀναθαῤῥήσαντες μάχην ἐκήρυξαν φανερὰν καὶ ἀδεῶς ἔς τε Βυζαντίους καὶ ἐς αὐτὸν βασιλέα ἐνύβριζον ξυλίνους τε περιήλασαν πύργους τοῖς ἑαυτῶν τείχεσι· καὶ τῶν μεγάλων ὁλκάδων τὰς μὲν εἰς πυθμένας θαλάσσης κατέδυσαν, τὰς δ' ὁπλίσαντες πρὸ τοῦ λιμένος ἀντ' ἄλλων προβόλων καὶ χαρακωμάτων ἔστησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ βουλόμενος τὴν τοσαύτην πα-
C ρασκευὴν ἐνταυθοῖ περισπᾷν μεγαλοψύχως τε ἐχρήσατο τοῖς παροῦσιν, ἠμεληκὼς τὸ παράπαν αὐτῶν, καὶ πρὸς ἔκπλουν παρεσκευάζετο πάσῃ σπουδῇ, πλείονας ἔτι δυνάμεις ἀθροίζων. (H.) Ἐπεὶ δὲ μέχρις ὅλων ἑπτὰ ἡμερῶν ἐντὸς τείχους οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου Λατῖνοι συγκλεισθέντες ἔμελλον ὑπὸ τοῦ οἰκείου δήμου διασπαραχθήσεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν πλέον τὰ συμπεσόντα σφίσι δεινά· ὕδατός τε γὰρ ἐσπάνιζον καὶ ὅση ἐκ τῶν
D λαχάνων καὶ ὀπωρῶν ἦν ψυχαγωγία· οἵ τ' αὖ ἀγοραῖοι καὶ πένητες ἄνθρωποι, καὶ ὅσοι ἐκ τῶν ὠνίων τὸ ἐφήμερον ταλαντεύουσι κέρδος, οὗτοι δὲ πλείστην ὑπομένοντες ζημίαν πολλῷ πλέον κατὰ τῶν προεστώτων Λατίνων ἐμαίνοντο· διὰ δὴ ταῦτα πρὸς τὸ ταπεινότερον ἀπαλλάξαντες ὑπέκυψάν τε τῷ βασιλεῖ καὶ συγγνώμην ἔσχον τῆς ἀκαίρου ὀφρύος. (Θ.) Τοῦ γε μὴν ἔτους ἤδη μετὰ
E τὰς τοῦ κυνὸς ὄντος ἐπιτολάς, ὅτε δὴ καὶ ἀφθονώτερα τὰ ἀρκτι-

16. διασπαραχθήσεσθαι corr. W., διαταραχθήσεσθαι libri. 24. οἰκτρὰ W.

quoque impetum esse facturum. Quare clam armis sese muniebant. Sed cum ne postridie quidem Imperatorem quicquam contra se moliri cernerent, sed totum Mitylenaea navigatione occupari: elati animis apertum bellum denunciant; nec solum Byzantiis, sed et ipsi Imperatori audacter illudunt, ligneis turribus sua moenia circumplectuntur, magnas denique onerarias partim in fundum maris demergunt, partim ante portum armatas munitionum et aggerum vice opponunt. Imperator vero, cum copias tanto apparatu a se instructas nollet eo bello distrahi, magnum inter haec animum prae se tulit, illis prorsus neglectis, et omni studio ad navigationem se paravit ac novas sibi vires quaesivit. (VIII.) Sed cum Latini Galataei ad septem integros dies moenibus suis inclusi mansissent, ac iam iis tumultus ab civibus suis immineret, qui mala urgentia diutius tolerare non poterant (nam et aqua et omni herbarum pomorumque solatio carebant), et circumforanei ac pauperes homines, et qui e quotidiano venditionis lucello sustentabantur, ii demum maxima iactura facta magis etiam contra magistratus Latinos insanirent: ob haec igitur facti modestiores Imperatori sese submiserunt, et intempestivae superbiae veniam impetrarunt. (IX.) Post Caniculae exortum, anno iam ver-

κὰ πνεύματα ἐς τὴν κάτω χέονται θάλατταν, ἄρας ὁ βασιλεὺς A. C.
μετὰ πάσης τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἔπλει ἐς Μιτυλήνην. αἱ δ' 1328 ad
ἑπτὰ τοῦ Κατάνη τριήρεις τὴν Μιτυλήνην παραπλέουσαι, πλεί- 1341
ους ἢ κατὰ προσδοκίαν ἐπιούσας τὰς τοῦ βασιλέως ἑωρακυῖαι, αἱ Imp. Andron. Iunioris.
μὲν δύο φθάσασαι προσωρμίσθησαν τῷ τῆς Μιτυλήνης λιμένι, V. 263
αἱ δὲ πέντε ἀπεγνωκυῖαι ἐς τὴν χέρσον ἐξώκειλαν καὶ πάντες οἱ
ἐν αὐταῖς ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα ἔφευγον· ὧν οἱ μὲν ἔδραμον εἰς F
τὴν Μιτυλήνην, οἱ δ' ἀνοδίᾳ χρησάμενοι διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν
Λεσβίων. τὰς δὲ πέντε ναῦς πλήρεις ὅπλων καὶ ὀψωνίων ναυτι-
κῶν οἱ τοῦ βασιλέως λαβόντες ἀπέπλευσαν ἐς Χίον τὴν νῆσον
ἅμα τῷ βασιλεῖ, πληρώσοντες τὰς ἤδη ληφθείσας πέντε τριήρεις
ἐκείνας ἐρετῶν τε καὶ ὁπόσοι ἐκ τῶν καταστρωμάτων μάχεσθαι
ἔμελλον. μέγα δ' ἐγένετο ἐναντίωμα τῇ τοῦ βασιλέως σπουδῇ
καὶ θελήσει ἡ πρὸς τὴν Χίον αὕτη διατριβή. ἀδείας γὰρ ὁ Κα-
τάνης λαβόμενος τήν τε Μιτυλήνην ὠχυρώσατο καὶ πολλὴν εἰσή- P. 325
νεγκε δύναμιν στρατιωτικὴν καὶ χορηγίαν ἀφθονωτέραν τῶν χρειω-
δῶν· καὶ ἔτι ἐς Φώκαιαν πέμψας ἃς εἶχε δύο ταχυπλοούσας τρι-
ήρεις τὰ ὅμοια ἐπεπράχει πολλῇ χρησάμενος τῇ σπουδῇ. μετὰ
δὲ ταῦτα καταπλεύσας ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν δυνάμεων ἐς Φώ-
καιαν, προσκαλεσάμενος δὲ καὶ τὸν τὴν πέριξ ἐπαρχίαν ἔχοντα
Τοῦρκον, ἅτε εἰδὼς κἀκεῖνον ἀχθόμενον ἐκ πολλοῦ τοῖς Φω-
καεῦσι Λατίνοις διὰ τὰς ὑπὸ σφῶν ἐπαγομένας αὐτῷ συχνοτέ- B
ρας ζημίας, περιεστρατοπέδευσεν οὕτω τὸ φρούριον ἔκ τε γῆς
καὶ θαλάττης πολιορκῶν, πολλῆς τῆς χορηγίας τῶν χρειωδῶν πα-
ραγινομένης ἐς τὰς τριήρεις παρὰ τῶν Τούρκων.

gente, cum septentriones in mari inferiori vehementius spirant, Imperator cum omnibus navalibus copiis Mitylenen tendit. At Catanis triremes, quae tum septem numero Mitylenes oram legebant, cum plures exspectatione sua naves conspexissent, duae quidem in portum statim evaserunt; quinque vero per desperationem in terram appulerunt. Qui autem in eis fuerunt, omnes abiectis armis fugerunt: quorum alii cursu Mitylenen pervenerunt, alii viae ignari a Lesbiis interfecti sunt. Imperatorii vero naves quinque armis et commeatu plenas ceperunt, et iis secum abductis Chium versus cum Imperatore navigarunt, illas ipsas quas ceperant quinque triremes remigibus completuri; item militibus, qui e tabulatis pugnarent. Atque haec apud Chium mora festinationi et studio Imperatoris valde adversa accidit. Catanes enim iam securus Mitylenen munivit, magnam militum manum et uberem commeatum introduxit; et duabus illis expeditis triremibus, quas habebat, Phocaeam missis, tanta diligentia usus est, ut et illi urbi eodem modo providerit. Post haec Imperator cum copiis Phocaeam advectus, ipsomet Turco circumiacentium locorum domino arcessito (quippe sciebat illum quoque iam diu Phocaeensibus Latinis infensum ob illata sibi ab eis crebra detrimenta), castellum terra marique obsidet, Turcis commeatum affatim in triremes importantibus.

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

β'. Τοῦ μέντοι βασιλέως μετὰ τῶν ναυτικῶν δυνάμεων ἀποδημοῦντος καὶ ἀδείας μακρᾶς ἐπιχωριαζούσης ἐς τὰ βασίλεια, στάσιν τῶν νεωτέρων τινὲς μεμελετήκεσαν, συνεργοὺς ἕξειν ἠλπικότες καὶ τοὺς ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνους διὰ τὰ φθάσαντα C σκάνδαλα. ἦν δὲ τῆς στάσεως ὁ σκοπὸς, ὡς ἐλέγετο, τὸ βασίλειον κράτος, εἰ δυνηθεῖεν ἀποκτεῖναι πρῶτον τήν τε δέσποιναν καὶ τὸν D ταύτης υἱὸν Ἰωάννην τὸν βασιλέα καὶ ἐφεξῆς ὁπόσοι ἐναντιώσεσθαι μέλλοιεν. ἀλλ' ἐν ὠδῖσιν ἔτι μενούσης τῆς μελέτης καὶ τῶν στασιαστῶν λάθρα τὸ πρᾶγμα διὰ μεγάλης ποιουμένων σπουδῆς, οὐκ ἔλαθε τὰ δρώμενα Καντακουζηνὴν, τὴν τοῦ μεγάλου δομεστίκου μητέρα· ἣν πάρεδρον τῇ δεσποίνῃ μέλλων ὁ βασιλεὺς ἀποπλεῖν καταλέλοιπεν, ἅτε βουλευτικὴν γυναῖκα καὶ σεμνότητος ἤθεσι κοσμουμένην καὶ βαθεῖαν πλουτοῦσαν τὴν σύνεσιν καὶ E πάνυ τοι σφόδρα ἐν τοῖς ἀπόροις εὐμήχανον. ἣ δὴ καὶ ὁμοῦ τῇ πάντα ἀρίστῃ δεσποίνῃ, πρὶν ἐπὶ μέγα ῥαγῆναι τὸ πρᾶγμα κακίας, συνέστειλε συνετώτατα· οὐκ ἄνευ μέντοι δυσχερείας V. 264 ἀποκρουομένης τὸ ῥᾷστον, συνέστειλε δ' οὖν. (B.) Τοῦ δὲ χρόνου περὶ τροπὰς ὄντος ἤδη χειμερινὰς ὁρῶντες οἱ τὸ τῆς Φωκαίας P. 326 ἔχοντες φρούριον Λατῖνοι, ὅτι μήτε χειμῶνος ἀκμὴ θραῦσαι δύναται τὸ τοῦ βασιλέως ἐπίμονον, καὶ ταῦτα τῆς ναυτικῆς ὅλης δυνάμεως ἐν ὑπαίθρῳ τὴν πολιορκίαν ἀνυτούσης νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν κατὰ τὸ συνεχὲς, μήθ' ἡ μακρὰ τῶν οἰκείων ἀποδημία, μήτ' ἄλλο τι τῶν ὅσα ῥᾳστώνην ἄφθονον παρέχει τῶν χρειωδῶν,

5. ἐγένετο W. 6. τε add. A. 15. πάντα ἀρίστῃ add. A.

2. Caeterum Imperatore cum navalibus copiis absente, quum in palatio magna impunitas et licentia vigeret, quidam ex iunioribus seditionem meditati sunt, sperantes, se ab ipsis Latinis, qui Galatae habitabant, adiutum iri ob illas videlicet novissimas offensiones. Scopus autem seditionis fuit, Imperatoriam potestatem usurpare, si primum Imperatricem et eius filium Ioannem, deinde et eos omnes, qui adversari possent, occidissent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt et seditiosi rem clanculum vehementer urgent; Cantacuzenam, magni Domestici matrem, quid ageretur haud latuit: quam Imperator assestricem coniugi suae discessurus reliquerat, quippe prudentem matronam, gravitate morum conspicuam, acerrimo iudicio praeditam, et quae ita solers erat, ut rebus difficillimis facile posset se expedire. Ea ergo una cum praestantissima Imperatrice, priusquam magnum inde malum erumperet, motum illum prudentissime compescuit; non illa quidem sine aliqua difficultate, quae conatibus obstaret: attamen compescuit. (II.) Sub hiberni solstitii tempus Latini, qui Phocaeam tenebant, cum Imperatorem ita perseverantem viderent, ut eum neque hiemis rigor frangeret (quamquam omnes navales copiae oppugnationem noctu atque interdiu sub dio continenter urgebant), nec longa absentia a suis, nec ullius rei ad lautius vivendum necessariae penuria, coeperunt desperare; prae-

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris.

ἐς ἀπογνώσεις ἐχώρουν, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι καὶ τὰ σιτία σπανίζοντα ἐν σφίσιν ἑώρων αὐτοῖς. ὅθεν καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς Ῥοδίους καὶ δέονται μὴ περιϊδεῖν κινδυνεύοντας. οἳ καὶ διαλλακταὶ πρὸς βασιλέα ἐλθόντες λύουσι τὴν πολιορκίαν. δεδώκασι γὰρ εὐθὺς οἱ Φωκαεῖς τοὺς υἱέας τοῦ συμμαχοῦντος Ῥωμαίοις Τούρκου τῷ B πατρὶ αὐτῶν, οὓς ἐκ πολλοῦ κλέψαντες εἶχον δεσμίους. δεδώκασι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ πίστεις ἀσφαλεῖς ὑπὸ μάρτυσι τοῖς Ῥοδίοις, τήν τε Μιτυλήνην ὅσον αὐτίκα ἀποδώσειν καὶ ὑπηκόους αὐτοὺς εἶναι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ πρότερον αὖθις ἔθος καὶ τὴν πατρῴαν C συμφωνίαν. (Γ.) Καὶ οὕτως ἐκεῖθεν τὴν ναυτικὴν ὁ βασιλεὺς ἀναλαβὼν δύναμιν ἐβουλήθη μὲν ποιήσασθαι τὸν κατάπλουν ἐς Μιτυλήνην· διὰ δὲ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ θορύβους τῶν στασιαστῶν καὶ διὰ τὸ καταπεπονῆσθαι τὸν στρατὸν ὑπὸ τοῦ ψύχους ἐπανῆκεν ἐς τὸ Βυζάντιον μετὰ πάσης τῆς ναυτικῆς δυνάμεως. καὶ μετὰ βραχὺ συλλαβὼν τοὺς τὴν βασιλείαν λάθρα σφετεριζομένους D καὶ διαστήσας ἰδίᾳ τοὺς στασιώτας αὐτῶν ἐξήταζε καὶ συνῆγε τἀληθὲς ἀφ᾽ ἑκάστων. μετὰ δὲ ταῦτα συνηθροικὼς πᾶσάν τε τὴν σύγκλητον καὶ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ τηνικαῦτα ἐπιδημοῦντας ἐπισκόπους σύν γε τῷ πατριάρχῃ, καὶ ὅσοι τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων ἐτύγχανον ἔκκριτοι, εἰς μέσον ἤνεγκε τούς τε στασιαστὰς τούς τε στασιώτας, καὶ ὅσοι ἐτύγχανον μάρτυρες. οἳ καὶ ἀλλήλους ἤλεγχον διαπληκτιζόμενοι καὶ παριστῶντες δι᾽ ἀποδείξεων E ἀναμφιβόλων κατ᾽ ἀλλήλων τὰς ἀλλήλων συνωμοσίας καὶ τὰ ἔκτοπα καὶ κάκιστ᾽ ἀπολούμενα ἐκεῖνα βουλεύματα· ὡς

2. αὐτοῦ W. 8. αὐτοὺς om. A. 9. καὶ] κατὰ A. 14. τῆς add. A.

sertim cum rei frumentariae inopia laborare se intelligerent. Itaque legatis ad Rhodios missis rogant, ne sibi periclitantibus desint. Ac Rhodii apud Imperatorem pro eis intercedentes obsidionem solvunt. Phocaeenses enim Turco Romanos adiuvanti filios statim restituerunt, quos multo ante furati in vinculis habebant. Fidem praeterea Imperatori certis cautionibus firmarunt, Rhodiis testibus adhibitis, se et Mitylenen quam primum restituturos et Imperatori dicto audientes fore, ut prius moris fuisset et cum eorum patribus convenisset. (III.) Sic Imperator, navalibus copiis illinc secum abductis, ire quidem Mitylenen voluit; sed propter tumultus Byzantii a seditiosis excitatos et defatigationem exercitus ex frigore male affecti Byzantium cum tota classe rediit. Paulo post comprehensis iis, qui summam potestatem clam sibi arrogaverant, coniurationis socios separat, et singulis seorsim accitis verum explorat ac percipit. Mox toto senatu convocato et episcopis, qui tum in Urbe agebant, una cum patriarcha et insignioribus Byzantii civibus arcessitis, seditionis auctores et eorum socios et testes omnes in medium produxit. Hi vero inter sese iurgantes, et alii alios arguentes, certissimis indiciis coniurationem et immania ac perniciosa consilia revincebant, ut et seditionis auctores ineluctabili argumentorum vi sub-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

κἀκείνους ἀφύκτῳ τῶν ἀποδείξεων ἀναγκασθέντας ὁμολογεῖν τὴν ἀπόνοιαν. καὶ τάχ' ἂν διεσπάσθησαν αὐτοῦ πρὸς τοῦ δήμου παντὸς, εἰ μὴ τὸ πολὺ τῆς τοῦ βασιλέως μακροθυμίας καὶ φιλανθρωπίας ἀνέστειλε τὴν ζέουσαν ἐκείνην ὁρμήν. ἔδειξε γὰρ τὴν συνήθη καὶ νῦν ἡμερότητα καὶ τὴν σύμφυτον καὶ ἡλικιῶτιν αὐ-
F τοῦ ἱλαρότητα ὁμοίως ἔν τε τῷ προοιμίῳ τῆς δημηγορίας ἔν τε τοῖς ἐπιλόγοις. ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τὰ τῆς δημηγορίας τοιάδε τινὰ ἦσαν. (Δ.) „Εἶτα ποιμένα τις ἔχων καὶ κύνα περὶ τὸ ποίμνιον, ὦ παρόντες, ὅσῳ προθυμότερον διαννκτερεύοντας βλέπει κατὰ τῶν λύκων, τοσούτῳ καὶ αὐτὸς τόν τε πόθον περὶ αὐτοὺς καὶ τὸν ἡμερήσιον αὔξει δασμὸν τῆς τροφῆς. ἐμὲ δ' οἱ τὰ μάλιστά μοι καθ' αἷμα προσήκοντες, ὁρῶντες ὑπέρ τε τοῦ κοι-
P. 327 νοῦ γένους τῶν Ῥωμαίων καὶ ὑπὲρ αὐτῶν οἴκοι τρυφώντων πόῤῥω που τῆς πατρίδος πλανώμενον καὶ κινδύνοις ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης παραβαλλόμενον, καὶ ταῦτ' ἐν μέσῳ τε χειμῶνι καὶ τοσούτῳ παγετῷ, οὔτ' ἠλέησαν, οὔτε τι τῶν ὅσα παραμυθεῖται ψυχὴν οὕτω σφοδρότατα πάσχουσαν προὐνόησαν. ἀλλ' ἐῤῥύη δίκαιος ἅπας λόγος κατὰ κρημνῶν καὶ φαράγγων· καὶ ὥπλισαν μὲν γνώμην, ὥπλισαν δὲ δεξιὰν κατὰ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς. καὶ νῦν τὸ καθ' αὐτοὺς ἐν κόνει μὲν τοὐμὸν αἷμα, ἐν κόνει δὲ τὸ
B τῶν ἐμῶν τέκνων ὁμοῦ τῇ συζύγῳ· καὶ ἀνατέτραπται μὲν τὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας νόμιμα, ἀνατέτραπται δὲ τὰ Ῥωμαίων πράγματα. πρὸς οὖν ταῦτα ποῖος σίδηρος, ποῖος δ' ἀδάμας οὐ

11. ἐμοὶ W. 13. καὶ add. A. 14. που om. A. ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης A., ἠπειρωτικοῖς τε καὶ θαλαττίοις W. 15. τε et τοσούτῳ om. A. 17. σφοδρότατα add. A. 20. τὸ ante τῶν et ἐμῶν add. A. 22. νόμιμα om. A. 23. οὖν om. A. δ' om. A.

acti dementiam suam faterentur. Ac statim fortasse discerpti fuissent a populo, nisi excellens Imperatoris clementia et humanitas impetum illum vehementem repressisset. Solitam enim tum quoque clementiam ostendit, et eam comitatem, quae ei innata erat, et cum ipso adoleverat; eam inquam tum in prooemio concionis, tum in peroratione exhibuit. Porro ipsiusmet orationis summa haec fuit. (IV.) „Qui opilionem habet et canem iuxta gregem, quo eos alacrius noctu contra lupos excubare videt, eo magis eos diligit, et quotidianum iis victum liberalius impertitur. At me ii qui sanguine maxime attingunt cum viderent pro Romana republica, pro ipsis, domi delicate viventibus, procul a patria errantem, ac terra et mari pericula sustinentem, idque media hieme et in tanto frigore, haud commiserati sunt, nec mihi ullam copiam providerunt earum rerum, quae animum ita afflictum consolantur: sed omni aequitate funditus perdita et profligata animos et dexteras in caput meum armarunt. Et nunc sane, quantum in ipsis est, humi effusus manat sanguis meus, manat liberorum et coniugis meae sanguis: eversa sunt sancta Ecclesiae instituta, eversa est Romana respublica. Inter haec quod ferrum, qui adamas nativum rigorem non mol-

παραλύσει τὴν φύσιν;" (E.) Ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς τοῦ βασιλέως A. C.
δημηγορίας προοίμιον οὕτως ἱκανῶς εἶχεν ἐκκαλέσασθαι δάκρυα. 1328
τὰ δὲ μεταξὺ, μακροθυμίας ἱλαρότητι συγκεκραμένης ἤδη, τίς ad 1341
οὐκ ἂν ἰδὼν ἐτεθαυμάκει μακρόν; καὶ μάλισθ' ὅτε καὶ Δημήτριον Imp. Andron. Iunioris.
τὸν δεσπότην ἐλέγχειν βουληθέντας τοὺς κατηγόρους ἀνέκοψε διὰ V. 265
τὴν τῆς θείας αὐτοῦ Κραλαίνης αἰδῶ, ἅτε καὶ αὐτῆς ἐκεῖ τη- C
νικαῦτα παρακαθημένης σὺν τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὅσαι τῶν εὐγενῶν
παρῆσαν ἀκροώμεναι, καὶ τὸ θεῖον καὶ ἀγγελικὸν σχῆμα περι-
κειμένης. τότε δὴ καὶ ἡμεῖς ἐγγύς που παρακαθήμενοι λόγοις D
εὐφήμοις τὴν τοῦ βασιλέως ἡμερότητα μάλιστα πάντων ἐτεθαυ-
μάκειμέν τε καὶ ἐπεκροτήσαμεν καὶ στήριγμα τῇ αὐτοῦ ταύτῃ
χρηστότητι ἐδεδώκειμεν. γνώμην γὰρ ἀεὶ καθαρὰν, ὡς εἰκὸς,
διεσώζομεν πρός τε τὴν Κράλαιναν καὶ τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν διὰ
τὸν μακαρίτην καὶ ἀοίδιμον βασιλέα, τὸν πατέρα αὐτῶν· πάν-
τως δὲ καὶ δι' αὐτοὺς, ἐν τοιαύταις τύχαις κατενεχθέντας. ὡς
πλέον ἐντεῦθεν μαλαχθέντα τὸν βασιλέα σιωπῇ παρελθεῖν καὶ E
τὰ Δημητρίου τοῦ δεσπότου ἐγκλήματα. ἦσαν δ' αὐτὰ τοιάδε
τινά. ἐς μὲν τοὐμφανὲς ὡμολόγει τοῖς στασιάζουσι· καθ' ἑαυ-
τὸν δ' ἕτερον ἔτρεφε λογισμὸν καὶ πάνυ τοι συνετόν. * * * διὰ
γὰρ αὐτὴν Κράλαιναν τὰς τοῦ δεσπότου τοῦ αὐτῆς ἀδελφοῦ κα-
τηγορίας τέλεον παρεσκεύασε σιωπᾶσθαι. οὐ μόνα δὲ ταῦτα τὴν
τότε τοῦ βασιλέως ἐνδείξασθαι ἔχει χρηστότητα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα F
πλεῖστα. καὶ γὰρ καὶ τὰ μέχρι τέλους τῆς ἐξετάσεως ὁμοίως διή-

3. καὶ ἱλαρότητος ἤθη τίς οὐκ ἂν ἐθαύμασε A. 4. Verba μάλισθ' ὅτε — κακίαν ὁρμήσωσιν add. A. 19. Haec non cohaerent. BOIV.

liat?" (V.) Hoc quidem orationis exordio, ad eliciendas lacrymas accommodato, Imperator usus est. Sed in reliquis patientiam eius, hilari quadam humanitate temperatam, quis non, qui quidem viderit, vehementer est admiratus? praesertim cum is delatores, Demetrium ipsum Despotam arguere volentes, repressit, amitae suae Cralaenae reverentia adductus: quae et ipsa tunc illic cum Imperatrice, et caeteris nobilibus foeminis praesentibus atque audientibus, habitum sanctum et angelicum induta assidebat. Ac nos quoque tunc prope et ipsi sedentes Imperatoris clementiam laude et admiratione in primis prosequebamur, ac plausu excipiebamus, atque hanc eius bonitatem velut fulciebamus. Sinceram quippe benevolentiam erga Cralaenam et eius fratrem, ut par erat, conservabamus, cum propter divum illum et laudatissimum Imperatorem, eorum patrem; tum maxime, ut ne istis tanta calamitate oppressis deessemus. Itaque Imperator magis ac magis ex eo mollitus crimina Demetrio Despotae obiecta silentio praeteriit. Accusationis autem summa haec erat: palam eum cum seditiosis conspirasse. At idem aliud consilii secum tacite meditatus fuerat, idque admodum prudenter. * * * Nam ipsius Cralaenae gratia Imperator operam dedit, ut quae illius fratri Despotae crimina obiiciebantur, ea omnino silerentur. Neque haec solum Imperatoris bonitatem ostendunt, sed et alia plurima. Quippe

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

νυσε καὶ οὐδὲν ἀπηνὲς ἐνεδείξατο πρὸς τοὺς ἐλεγχθέντας στασια-
στάς. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκε τέλεον· μόνους δὲ τοὺς τοῦ
Ἀσὰν υἱοὺς ἐν ἀδέσμῳ καὶ φιλανθρώπῳ κατεῖχεν εἱρκτῇ, ἵνα μὴ
ἀτιμωρήτου καθάπαξ τῆς κακίας μενούσης πάντες εἰς τὴν ὁμοίαν
P. 328 κακίαν ὁρμήσωσιν. τὰ μὲν τῆς δημηγορίας ἐκείνης καὶ ἐξετάσεως
οὕτως εὐφυῶς πως καὶ ἱλαρῶς διήνυσε τέως. (ϛʹ.) Ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν
πραγμάτων συνῆκεν ὁ βασιλεὺς, πολὺ τῶν πολλῶν διαφέρειν τὴν
τοῦ θείου αὐτοῦ σύνεσιν Ἀλεξίου Φιλανθρωπηνοῦ, οὗ δὴ πολ-
λαχῇ καὶ πολλάκις ἐμνήσθημεν ἔμπροσθεν, μετάμελον ἔσχεν ἤδη
καθ' ἑαυτὸν οὐ μάλα μικρὸν, ὅτι μὴ κἀπὶ μάλα τοι πλείονα
συγκεχώρηκε χρόνον αὐτῷ τὴν τῶν Λεσβίων διοίκησιν, καὶ ὅσαι
B κατὰ τὸν Αἰγαῖον νῆσοι Ῥωμαίων ὑπήκοοι. οὔτε γὰρ τῶν ἐχθρῶν
οὐδεὶς ἂν Μιτυλήνην ἠνδραποδίζετο, οὔτ' ἐς τοσοῦτο ναυαγίων
τὰ θαλάττης ἤλαυνε Ῥωμαίοις πράγματα. ὅθεν αὐτὸν τὴν ταχί-
στην ἐς τὴν ἐκείνων αὖθις ἐπιτροπὴν ἀφικέσθαι προσετετάχει.
καὶ ἀπελθὼν ἐς τὴν προτέραν εὐθὺς τὰ πράγματα ἤγαγεν οὗτος
κατάστασιν καὶ τοὺς μεταξὺ γενομένους διέλυσε κλύδωνας, μόλις
C μὲν, καὶ ξὺν πολλῇ περινοίᾳ, διὰ τὴν μεταξὺ γενομένην καινο-
τομίαν Μιτυλήνης καὶ τῶν ἐν Λέσβῳ πραγμάτων· ἐπανήγαγε δ'

5. τὰ μὲν — τέως om. A. 6. δ' ἐκ A., δὲ κἀκ W. 7. συνῆκεν ὁ βασιλεὺς, ὡς πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων, ὁπόσοι τῶν συγκλητικῶν κατὰ γένος αὐτῷ προσήκουσιν, ἡ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἀλεξίου τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ σύνεσις, οὗ καὶ ἀνωτέρω πολλάκις ἐμνήσθημεν, ὡς ἀπαράμιλλος αὐτοῦ ἡ περὶ τὰ πράγματα δεινότης, καὶ στρατηγικὴ ἐμπειρία, μετάμελον ἔσχε καθ' ἑαυτὸν οὐ μάλα βραχὺν, ὅτι μὴ συγκεχώρηκεν ἐπὶ πλείονα χρόνον αὐτῷ A. ὁ βασιλεὺς add. A. 13. οὔτε κατὰ θάλατταν ἐς τοῦτο συγχύσεως ἂν προὐχώρησαν πράγματα A. 16. ἀπελθὼν A., διαβὰς W. Pro εὐθὺς A. ἐκεῖνος et αὖθις pro οὗτος. 17. Verba καὶ τοὺς — κλύδωνας et καὶ ξὺν πολλ. περινοίᾳ om. A.

totam deinceps cognitionem eodem modo peregit, neque in seditiosos convictos acerbe consuluit. Sed alios quidem penitus absolvit: solos autem Asanis filios custodia, eaque vinculis libera nec inhumana, inclusos tenuit, ne si improbitas omnino impunita mansisset, omnes simili audacia in scelus deinde ruerent. Et ita quidem concio ab Imperatore habita, ac tota illa cognitio commode et comiter tunc peracta est. (VI.) Cum autem re ipsa intellexisset Imperator, Alexium Philanthropenum avunculum suum, cuius frequens supra et multiplex a nobis facta est mentio, prudentia vulgus multum anteire; poenituit eum, quod illi Lesbi et insularum Aegaei maris, quotquot Romanis parerent, administrationem non diutius reliquisset. Eo enim praesente nec Mitylenen quemquam hostium occupaturum, nec ea Romanorum rei marinae naufragia futura fuisse. Itaque illum quamprimum iis praeficit atque eo proficisci iubet. Qui cum traiecisset, sedatis tempestatibus, quae tempore intermedio acciderant, pristinae tranquillitati omnia restituit: vix ille quidem, nec sine magna solertia, propter factam interim Lesbi et Mitylenae novam rerum mutationem; sed tamen restituit. Nam

οὖν. τοὺς γὰρ ἐν Μιτυλήνῃ τῇ πόλει μισθοφόρους πεντακοσίους A. C.
καὶ φύλακας τῶν Λατίνων λάθρα σύνδυο καὶ σύντρεις μετα- 1328
πεμπόμενος καὶ βριθούσαις δεξιαῖς ἐς τὰς πατρίδας προπέμπων ad 1341
ἔλαθεν οὕτω φρονίμως κενώσας τὴν πόλιν καὶ Ῥωμαίοις πε- Imp. Andron. Iunioris.
ποιηκὼς ὑποχείριον. οὐ μόνον γὰρ ἐκ τοῦ γήρως ἔσχε λαμπρὰν ὁ V. 266
ἀνὴρ τὴν πολυπειρίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς πολυπειρίας ἐπ' D
αὐτῷ μέγαν εὗρε τὴν φύσιν συνεργὸν καὶ θεμέλιον. καὶ γέγονεν
αὐτῷ διπλοῦς ὁ τῆς ἀρετῆς καρπὸς, πῶς μὲν αὐτοφυής τις καὶ
ἀγεώργητος, πῶς δὲ γεωργηθεὶς χρόνων πλειόνων τύχαις καὶ
γυμνασίαις.

γ'. Ἀρχομένου γε μὴν ἦρος ἤδη πλῆθος Σκυθῶν διαβάντες P. 329
τὸν Ἴστρον κατέδραμον τὴν Ῥωμαϊκὴν Θρᾴκην ἄχρι θαλάττης A. C. 1337
Ἑλλησποντίας. ἔνθα δὴ καὶ, συμβὰν οὑτωσί πως, Τούρκων
τισὶν ἐντυχόντες, ὁπόσοι λῃστρικόν τινα τρόπον κατὰ τὸ συνεχὲς
περαιούμενοι τὸν Ἑλλήσποντον τὴν παράλιον πᾶσαν ληΐζονται
Θρᾴκην, τοὺς μὲν δήσαντες ἀπήνεγκαν, τοὺς δ' ἀντιστάντας
κατέκοψαν, πολέμιοι πολεμίους, ὥσπερ κύνες τεθνηκότι σώματι
πολλάκις ἄρδην ἐπεισπίπτοντες. ὅ γε μὴν ἀσύνηθες ἔδοξεν ἔχειν B
ἤδη πρὸς τὰς ἄλλας ἐπιδρομὰς τῶν Σκυθῶν, τοῦτ' ἦν. πρότε-
ρον γὰρ ἐπιόντες, καθάπερ ἐξ ὄρους χειμάῤῥους ἐξαίφνης καταῤ-
ῥαγεὶς, τὰ προστυχόντα τε ἐλάμβανον καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις
ἀπήλλαττον. νῦν δ' ἐς τοσοῦτον παρέμειναν, ὥστ' οὐ διέλιπον
ἐς ἡμέρας ὅλας πεντήκοντα φέροντές τε καὶ ἄγοντες καὶ ἐς κακῶν
ἐσχατιὰς συνωθοῦντες τὴν χώραν. εἶτα ἀπήεσαν, πλῆθος ἄγον- C

10. γυμνασίαις A., γυμνασίοις W. 17. κύνας ἐς κύνας A., unde Boiv. coni. κύνες κύνας.

mercenarios, qui in urbe Mitylene erant, milites et praesidiarios Latinorum quingentos, binos et ternos clam arcessitos et plenis manibus domum redire iussos, prosequutus callide atque occulte urbem praesidio destitutam sic Romanis recuperavit. Etenim vir ille non modo erat propter longinquitatem aetatis multo rerum usu ornatus; sed multus iste rerum usus magno etiam et illustri ingenio apud ipsum nitebatur. Unde duplicem virtutis fructum tulit, partim a natura insitum et sponte enatum, partim longi temporis casibus et exercitationibus excultum.

3. Caeterum vere jam ineunte multitudo Scytharum Istro traiecto Romanam Thraciam usque ad Hellespontium mare incursarunt. Ubi quosdam Turcos, ex iis videlicet, qui per latrocinium traiecto Hellesponto continenter maritimam oram populantur, casu fortuito nacti partim vinctos abducunt, partim resistentes occidunt, hostes hostibus infesti, veluti canes in cadaver subinde violento impetu irruentes. Verum in ea incursione novum illud habebant Scythae, quod prius veluti torrens e monte subito decurrens, obviis quibusque raptis, postridie recedebant. Tum vero tamdiu manserunt, donec quinquaginta diebus perpetuis omnia rapiendo et vastando consumptis provinciam in extrema mala coniecerunt demumque abeuntes capti-

A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Iunioris.

τες αἰχμαλώτων ὑπὲρ τὰς τριακοσίας, ὡς ἔφασαν οἱ πολλοί, χιλιάδας. καὶ τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης ἔφασκον εἶναι καταδρομῆς, ὅτι Ῥωμαῖοι πέμπειν ἠμέλησαν τὰ εἰθισμένα δῶρα τῷ τε τῶν Σκυθῶν ἡγεμόνι καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν εὐγενέσιν. ἐδήλωσε δὲ τὴν βαρεῖαν ταύτην αὐτῶν ἔφοδον ἔκλειψις σελήνης ὁμοῦ καὶ ἡλίου, δεκαὲξ ἡμερῶν μεταξὺ γενόμεναι ἄμφω· ἡ μὲν σεληνιακὴ περὶ τὴν πρώτην τῶν ἰχθύων μοῖραν ὄντος τοῦ ἡλίου, ἡ δὲ περὶ τὴν D πεντεκαιδεκάτην τῶν αὐτῶν. (Β.) Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἦρχε μὲν Τραπεζοῦντος Βασίλειος ὁ υἱὸς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διάδοχος αὐτὸς ἤδη βέβαιος μετὰ πολλοὺς τοὺς ἄθλους τῆς πατρικῆς ἀρχῆς καταστάς. ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία, ἡ νόθη τοῦ βασιλέως θυγάτηρ. (Γ.) Ὁ δὲ τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ E τῶν Ἀκαρνάνων ἀρχηγὸς Ἰωάννης ὁ κόντος θανάτῳ βιαίῳ τοῦ ζῆν ἀπήλλαξε, τῆς δίκης, ὡς τὸ εἰκός, περιελθούσης καὶ αὐτὸν τελευταῖον, καθάπερ δὴ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ. οὗτος γὰρ τὸν ἑαυτοῦ διαχειρισάμενος ἀδελφόν, ὥσπερ κἀκεῖνος τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφόν, οὕτω τὴν διαδοχὴν ἐκομίσατο τῆς ἀρχῆς. τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾷν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις, βιαίως καὶ οὗτος τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγη, φάρμακον παρασχούσης λαθραῖον αὐτῷ P. 330 τῆς συζύγου. νοσημάτων γὰρ οὐκ ὀλίγων ὑποφυομένων ἐν τῇ οἰκίᾳ, δείσασα ἡ γυνὴ τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ συζύγου πρὶν φονευθῆναι πεφόνευκε· καὶ οὕτω διάδοχος ἐκείνη σὺν δυσὶ παιδαρίοις τῆς τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ Ἀκαρνάνων κατέστη ἀρχῆς. (Δ.) Ἐπεὶ δ',

8. τῶν om. A. 11. ἐπέμφθη] ἐπελήφθη W. 13. τῶν om. A. 18. Verba ἐς τέλος usque ad διὰ τὰς πρὸ βραχέος, in seq. cap. initio, add. A. Leguntur etiam inter fragmenta, quae Petavius Nicephori patriarchae Breviario historico adiecit.

vorum ultra trecenta millia, ut vulgatior fama est, secum abduxerunt. Eius incursionis causam afferebant, quod Romani Scytharum duci et eius nobilitati solita munera non misissent. Eam cladem solis et lunae defectus, intra dies sedecim sese consequuti, portenderunt. Ac lunaris quidem contigit, cum sol in prima Piscium parte esset: solaris, cum in decima quinta versaretur. (II.) His temporibus Trapezunte regnabat Basilius Alexii Comneni filius, paterna successione multis certaminibus confirmata, uxoreque ducta Eudocia, notha Imperatoris filia. (III.) Aetolorum vero et Acarnanum princeps Ioannes Comes violenta morte interiit, vindicta tandem, uti par erat, ipsum quoque assequuta, sicut et eius decessores. Is enim fratre suo perempto, sicut et ille avunculo, principatum occuparat. Cum autem vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, et ipse violenta morte sublatus est, veneno clanculum ab uxore dato. Nam cum domesticae res aegrae admodum essent, mulier insidias viri metuens hunc, priusquam ab eo occideretur, e medio sustulit; atque ita cum puerulis duobus Aetolorum et Acarnanum principatum obtinuit. (IV.) Caeterum Imperator,

ἐκ πολλοῦ καὶ πολλάκις καὶ παρὰ πλείστων ἤκουεν ὁ βασιλεύς, ὡς οἱ κρίνειν ὀμωμοκότες ὀρθῶς καὶ μὴ παραφθείρειν ἐν μηδενὶ τὸ δίκαιον, περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ἀνωτέρω φθάσαντες δεδηλώκαμεν, ἐκλαθόμενοι μὲν ἐκείνων ἐγγράφων καὶ φρικωδῶν ὅρκων, ἐκλαθόμενοι δ᾽ ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ βασιλικῶν ἐνταλμάτων οὐκ ἀδεκάστους ποιοῦνται τὰς κρίσεις· ἀλλὰ δῶρα λαμβάνουσιν ἀδεῶς καὶ κιβδηλεύουσι τὰς δίκας, καὶ τό γε μεῖζον, ὅτι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κρινομένων μερῶν δωροδοκοῦνται μέν, οὐ κατάστασιν δὲ καὶ πέρας ταῖς δίκαις παρέχονται, ἀλλ᾽ ἑκατέροις ἀνὰ μέρος ἐγχειρίζοντες γραμματεῖα, ἀπόφανσιν δῆθεν τῆς κρίσεως ἔχοντα, εἶτα ἐκπέμπουσι τοῖς προτέροις ἐνεχομένους ἐγκλήμασι καὶ διαπληκτισμοῖς· ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ πολλῶν ὁ βασιλεὺς ἤκουε, τὰ μὲν πρῶτα πείθεσθαι οὐκ ἐδύνατο, τὴν γενομένην ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν ἐνθυμούμενος· ὀψὲ δὲ βήματος γενομένου καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων συναθροισθέντων ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ θείῳ νεῷ τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας, προκαθίσας ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ πατριάρχῃ πᾶσαν τοῖς βουλομένοις παρέσχετο χώραν ἐλέγχους κατὰ τῶν τοιούτων προφέρειν. καὶ ἦγοντο πλεῖστα καὶ ἀναμφισβήτητα καὶ πλείω τῶν ἀκουσθέντων τἀγκλήματα. καὶ ἵνα τἀν μέσῳ παρέλθωμεν, τῶν μὲν τεττάρων ὁ εἷς ἀθῶος ἀπήλλαξεν, οὐ προστριβέντος αὐτῷ τοῦ τῆς δωροδοκίας ἐγκλήματος· οἱ δ᾽ ἕτεροι, δείσαντες μὴ διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ δήμου, φθάσαντες ἑαυτῶν κατεψηφίσαντο, οἱ μὲν τῶν τε ληφθέντων χρημάτων ἀπόδοσιν καὶ τοῦ δικάζειν στέρησιν παντελῆ·

A. C. 1328 ad 1341 Imp. Andron. Iunioris. V. 267 B C D E

